UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue] Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Amos Prophetam Commentariorvm Liber Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71859

Visual Library

& de Hieruſalē dabit uocē ſuã, ſcilicet ad tēpus euãgelicæ p̄dicationis, qđ extrema ſubſecu
ta eſt captiuitas illius populi, cœtus ille phariſaicus ſiue Iudaicus recte cũctis denotatur no
minibus iſtis. Ille nãq; ueraciter & pro uera ſimilitudine, peccatis exigētibus meret fœnũ di
ci: ſalſo aũt & pro uana ſuimet æſtimatiõe uelox, fortis, robuſtus, tenēs arcũ, uelox pedibus
ſuis, aſcēſor equi & robuſtus corde, ad tēpus potuit uideri. Vnde notãdũ & cõſideratiõe di
gnũ eſt, qa quotiēs hic malũ eis intētat p enunciatiua uerba hæc, ſtridebo ſubter uos, peribit
fuga, nõ obtinebit fortis uirtutē, nõ ſaluabit robuſtus, nõ ſtabit tenens arcũ, nõ ſaluabitur ue
lox, nõ ſaluabit aſcenſor equi, fugiet robuſtus corde: totidē uicibus, id eſt octies, Væ gene

Octo uæ contra ſcribas & pharſæos. Mat. 23.

rationi illi, inclamat dñs noſter. Væ (inquit) uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui clau
ditis regnũ cœlorꝝ ante hoies: uæ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q comeditis domos
uiduarũ, oratione longa orãtes: uæ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q circuitis mare &
aridã, ut faciatis unũ proſelitũ: ue uobis duces cæci, q dicitis, quicũq; iurauerit per templũ,
nihil eſt: qui aũt iurauerit in auro tēpli, debet: væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui
mũdatis qđ deforis eſt calicis & parapſidis: intus aũt pleni eſtis rapina & immunditia: Væ
uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, q̃ à foris apparēt ho
minibus ſpecioſa: intus uero plena ſunt oſſibus mortuorꝝ & omni ſpurcitia: Væ uobis ſcri
bæ & phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarꝝ, & ornatis monumēta iuſto
rũ. ¶ Ecõtra reſpiciendũ, quia totidē, id eſt octo uicibus ſanctos ſuos beatificat idē domi

Octo beatitudines. Math. 5

nus. Beati (inquit) pauperes ſpũ: Beati mites: Beati qui lugent: Beati qui eſuriunt & ſitiunt
iuſtitiã: Beati miſericordes: Beati mũdo corde: Beati pacifici: Beati qui perſecutionē pati
untur propter iuſtitiã. Item damnationis infeliciũ quot uerba ſunt ſuperius digeſta, ſtride
bo ſubter uos, &c. totidē, id eſt, octo beatitudinis ſanctorꝝ prędicationes ſunt, quoniã ipſorꝝ
eſt regnum cœlorꝝ, quoniã ipſi poſſidebunt terrã, quoniã ipſi conſolabuntur, quoniã ipſi ſa
turabuntur, quoniã ipſi miſericordiã cõſequētur, quoniã ipſi deũ uidebunt, quoniã filij dei

Octonarii numeri myſterium.

uocabuntur, quoniã ipſorꝝ eſt regnũ cœlorũ. ¶ Nec fruſtra & hic numerus octonarius in
remuneratione piorũ, & illic in dãnatione cõſideratur impiorum: quia uidelicet utraq; pars
octaua mundi ætate conſummabitur. & tunc manifeſte ſcietur, quia iudicia domini iuſta
& uera ſunt: nec ex parte, ut nunc, ſed integre cognoſcetur, q̃ uero iudicio fiat uel factum
ſit illud, quod hactenus itidem octo uicibus ait, non conuertam eum: quæ ſumma trium &
quatuor ſcelerum uindicta eſt.

FINIS LIBRI PRIMI IN AMOS.

# RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM, COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

MAgna ualde, & nihilominus iuſta iudicia dñi, maxime circa gentē Iſraheliti
cã admirãda ſunt: qa uidelicet gens illa, ſicut pro parte electorꝝ cũctis genti
bus inſignior, ita pro parte reproborũ cũctis corã deo & corã hoibus facta
eſt uilior, dãnata in p̄ſenti q̃ in futuro ſeculo: & hæc iudicia ſunt quidē digne

Prouer. 25

admirãda, ſed nõ nimis importune ſcrutãda. Scriptũ eſt em̃. Et q nimius ſcru
tator eſt maieſtatis, opprimet ab ea. Quis porrò nimius ſcrutator maieſtatis ē iudicãdus, niſi
q extra q̃ debet, maieſtatē ſcrutat? Certus qppe eſt locus in q̃ tantũmodo illã ſcrutari nobis
cõceditur, q uidelicet locus ſctã ſcriptura ē. In illa & p illã tantũ m̃ licere nobis iudicia dñi

Pſal. 108.

ſcrutari, Pſalmiſta teſtat, cũ dicit. In labijs meis pronũciaui oĩa iudicia oris tui, addēdo nãq;
oris tui, cõtentũ ſe eē indicat authoritate uel teſtimonio ſcripturę ſacrę, quã utiq; locutũ ē os
domini, & quis extra illã iudicia dñi ſcrutatur, niſi qui proprij cordis ſuſpitionem teſtatur?
Talis utiq; ſcrutator maieſtatis nimius eſt unde & oppreſſus ab ea, diuerſas & cõtrarias in
curri

currit hæreſes. Cõtenti igitur cõpetenti loco mentẽ beniuolã aurẽq́ attentã diuinæ au tho
ritatis uocibus accõmodemus. Quæ profecto de oraculo ſancti ſpũs cũ admirãda ſubtilita
te taliter proferũtur. ⌊Audite verbũ quod locutus eſt dñs ſup vos filij Iſrahel, ſu- CAP. III.
per omnẽ cognationẽ quã eduxi de terra Aegypti, dicẽs. Tantũmodo uos cog-
noui ex omnibus cognatiõibus terrę, iccirco viſitabo ſup vos oẽs iniquitates ve-
ſtras. Nunquid ambulabũt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo
in ſaltu, niſi habuerit prędã? Nunquid dabit catulus leonis vocẽ ſuã de cubili ſuo,
niſi aliquid apprehẽderit? Nunquid cadet auis in laqueũ terrę abſq́ aucupe? Nũ
quid auferetur laqueus de terra, anteq́ quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate,
& populus non expaueſcet? Si erit malũ in ciuitate, quod dñs non fecit? Quia nõ
faciet dñs deus verbũ, niſi reuelauerit dñs ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas.
Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus ẽ, quis non prophetabit?⌋
Dicta hæc uere clariſſima & ualde ſplẽdida ſunt, ſed ſplẽdor & claritas eorũ propterea mi-
nus lucet, qa noſtrã caliginẽ patimur, & à nimia claritate lippiẽtes oculi reuerberãtur. Q; ſi
ſenſum eorũ, ipſo aſpirãte cuius dicta ſunt, aliquatenus cõſequi meruerimꝰ, profecto iudicia
dñi nõ ſolũ humilr, uerũetiã ſciẽter laudare poterimus. Audite (inquit) uerbũ qd locutus eſt
dñs ſup uos filij Iſrahel. Magna dicturus iſte, paulo añ Thecuites paſtor, & ſtatim cœleſtis
rhetor, cõpetẽter attentũ poſtulat auditorẽ, & hoc agit cũ cõmemoratiõe magni & noti be
neficij, dũ pmiſſo, audite uerbũ qd locutus eſt dñs, ſubiũgit, ſup omnẽ cõgregationẽ quam
eduxit de terra Aegypti. Scit nãq́, qa maxime bñficiũ cõmemorando debet hoc effici, ut
auditores, q iã poterãt eſſe attẽti, ſint etiã beniuoli. Locutus eſt aũt dñs dicẽs, tãtũmodo uos
cognoui ex oibus cognatiõibus terræ, iccirco uiſitabo ſup uos oẽs iniquitates ueſtras. ¶ Iã Procax defẽ-
ad iſtã dñi locutionẽ Iſrahel impœnitẽs, nõ tñ impunitus ſeſe in ſua pœna erigit, & de ipſa ſio Iudæorũ
pœna, quã diſſimulare uel abſcondere nõ pt, culpã adhuc defendit, & gloriabũdus dicit. Ic- in plagis.
circo nos tm̃ p cæteris gẽtibus à deo corripimur, ducti in oẽs gẽtes captiui, qa nos ſolos prę
cæteris gẽtibus diligit, ſicut ipſe in propheta dicit. Tantũmodo uos cognoui ex oibus cog-
nationibus terræ, iccirco uiſitabo ſup uos oẽs iniquitates ueſtras. Nõ eñ ſicut in alijs natio-
nibus dñs patiẽter expectat, ut eas, cũ iudicij dies uenerit, in plenitudine pctõrũ puniat, ita
& in nobis ſtatuit, ut peccatis nr̃is in finẽ deuolutis, tũc demũ in nos uindicet. Hoc modo ſe Intentio dei
metipſos corpore & aĩa captiui cõſolãtur adhuc. ſed uere fruſtra, q̃ diu impœnitentes ſunt: corripientis.
neq́ pctõ abrenũciant pro q̊ puniunt. Quo eñ corripiẽdo deus, q̊ uiſitãdo iniquitates tẽdit
dñs, niſi ut flagellis cõmonitus peccator, pctm̃ agnoſcat, ueniãq́ precet ad meliora conuer-
ſus? Illud oĩno intẽdit ut peccator in q̊ diſplicuit deo, diſpliceat etiã ſibi. Q; ſi adeo rebellis
eſt & duræ ceruicis, ut flagellãdo id effici nõ poſſit, tũc demũ nõ iam ut pater pius, ſed ut iu
dex iratus cõtumacẽ foras mittit & abijcit, nullo mõ conuenientẽ uel cõſentientẽ ſibi. Hãc
intentionẽ ſuã deus notã eſſe uolens, poſt aliqua in hoc eodẽ propheta dicit. Vnde & ego Infra. 4
dedi uobis ſtuporẽ dentiũ in cunctis urbibus ueſtris, & indigẽtiã panũ in omnibus locis ue
ſtris, & nõ eſtis reuerſi ad me, &c. Igitur tãtis oppreſſus malis ille populus, nõ eſt unde ſe cõ
ſoletur, dũ de pœna nequaq̃ ad correctionẽ eruditur. ¶ Et qa ſibimet in hoc blãditur qd di
cit dñs, tantũmodo uos cognoui ex omnibus cognationibus, ſæuiori ſenſu hoc idẽ in ip- Iſrahel durius
ſum taliter retorquendũ eſt. Ita uos cognoui (ait dñs) ex oibus cognationibus, ut cognitio- puniri debet,
ne mei uos habere facerẽ, dando uobis legẽ ſcriptã, quã cæteris non dederã nationibus. Eſt q̃ cęterę gẽtes
aũt dignum, ut ſeruus ſciens uoluntatẽ domini ſui, & non faciẽs, digna plagis uapulet mul
tis: neſciens autẽ, plagis uapulet paucis. Igitur uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras Lucæ. 12.
inſtante iudicio, remota miſericordia, tanta cũ ſeueritate, ut ne ſaltem cõmonitoriũ uobiſcũ
ſermonẽ conferre libeat. Quod ſi adhuc quæritis, ecce hoc ipſum q̃ rationabile ſit, per hoc
ſimile intimo cuilibet auri audienti. Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis?
Vtique dicetis mihi, Non. Ad hæc inquam. Nos duo ſumus, ego qui arguo uel corripio
deus, & Iſrahel qui corripitur, nimirum non conuenit nobis, quia me corripientem deum
correptus Iſrahel non audit. In hoc nobis nimium diſconuenit, quia ego arguo, ille ſe defen
dit. Ecce tot anni ſunt, & tot reges fuerunt, ex quo Hieroboam uitulos aureos fecit, miſi
prophetas, & nullus cõſenſit: nullus eñ regũ à pctis Hieroboã receſſit. Itẽ & p memetipm

uenſ ar

ueni, arguẽs & corripiens deus homo factus, Vos aũt iuſtificatis uos corã hoĩbus: & cum ſitis infirmi, dicitis medico, nõ es tu nobis neceſſarius. Igitur nõ pariter ambulabimus, ſed et Iſrahel in Aſſyrios, & Iuda in oẽs gẽtes ductus captiuus, nulla ꝑ prophetas aut ꝑ̃dicatores aliquos mei cõfabulatiõe dignus iudicabitur, qa ſcriptũ eſt, Ne effundas ſermonẽ ubi nõ eſt

Ecci. 32.

auditus. ¶Q; ſi & adhuc ſimile uel exẽplũ q̃ritur, Ecce aliud. Nunqd rugiet leo in ſaltu, ni

Leo, deus: ꝑ̃da, electi.

ſi habuerit ꝑ̃dã? Leonis qppe natura ẽ, q̃ diu ꝑ̃dã nõ inuenerit, ſilere: inuẽta aũt ꝑ̃da, rugire, ut quodcũq; illud ſit animal, rugitu tremefactũ & attonitũ cõcidat, & in ꝑ̃dã fortiori nõ tã patienter q̃ impotẽter cedat. Porrò, leo ꝑ ſimilitudinẽ deus fortiſſimus ẽ, cuius iræ reſiſtere nemo ꝑ̃t. Præda uero ei⁹ eſt, oĩs electus, q ubicũq; ſit, quoniã ad uitã eſt ꝑ̃deſtinatus, ab ipſo deo requiritur, ut ad uocẽ eius ſiue ꝑ angelũ, ſiue ꝑ prophetã, ſiue ꝑ ſcripturas auditã ille cõ tremiſcat, diẽq; iudicij uel pœnã gehennalẽ paueſcens, totus humiliter ſuccũbat, pœniten tiam apprehendat: ſicq; in partẽ eius cedat, ut unus cũ eo ſpũs fiat, bene deuoratus, iuxta il

Actu. 10

lud. Macta & manduca. Igitur qđ ait, Nũquid rugiet leo ĩ ſaltu, niſi habuerit ꝑ̃dã, idem eſt ac ſi dicat. Nunquid dignũ deo eſt, illic uerba facere uel illuc prophetã mittere, ubi ſcit non eſſe quemq̃ dignũ uitæ æternæ? Ad quod cũ ratione exigente reſponderis, Non, cõſequẽ ter, ut iuſtũ eſt, concedas eſſe dei iudiciũ, in eo quod clauſit Iſraheli ora prophetaꝝ, nullũq;

Catulus leonis, Chriſtus.

ſuper eũ ſuæ prædicationis emittit rugitũ. ¶Hoc ipſum & in ſuo aduentu attendit dei fili us. Vnde & ſequitur. Nunquid dabit catulus leonis uocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid appre henderit? Catulus leonis Chriſtus eſt filius fortiſſimus dei fortiſſimi, ſecundũ illud patriar chæ Iacob. Catulus leonis Iuda, ad prædã fili mi aſcẽdiſti. Cubile eius ſepulchrũ eius exti tit, de quo idẽ continuo ſubiungit. Requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna. Quis ſuſci tabit eũ? Vox quã dedit iſte catulus leonis de illo ſuo cubili, euãgelij ꝑ̃dicatio eſt, quã cun ctis gentibus auditã fecit, poſtq̃ de illo cubili, id eſt, de ſepulchro exiluit, reſurgẽdo ex mor tuis. Ait ergo. Nunquid dabit catulus leonis uocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid apprehẽderit? Ac ſi dicat. Nunquid euangeliũ ſuũ illis gentibus uel illis in locis prædicabit aut ꝑ̃dicari iu bebit, ubi nullũ ſciat eſſe qui ad ſe pertineat, & ſuſcipere debeat gratiã prædicationis? Non utiq;, imò tacebit, & prædicatores ſuos illic uocẽ dare prohibebit. Hinc em̃ de ipſis prædi

Act. 16.

catoribus ſcriptũ eſt. Tranſeuntes aũt Phrigiã & Galatiæ regionẽ, uetiti ſunt à ſpiritu ſan cto loqui uerbũ in Aſia. Cũ ueniſſent aũt in Myſiam, tentabãt ire Bythiniam, & nõ permi ſit eos ſpũs Iheſu. Ibi ergo uel eo tẽpore uocẽ dat iſte catulus leonis, ubi uel quando nouit inueniendũ eſſe quod apprehẽdat, id eſt, aliquẽ qui credẽdo ſaluus fiat. Vnde iterũ ibidem ſcriptũ eſt. Cum aũt pertranſiſſent Myſiã, aſcenderunt Troadẽ, & uiſio per noctem Paulo oſtenſa eſt. Vir Macedo quidã erat ſtans, & deꝑ̃cans eũ, dicẽs. Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Vt aũt uiſum uidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniã, certi facti, q uocaſſet nos deus euangelizare eis. ¶Interea notandũ eſt, quod præcedẽti uerſiculo, cũ di

Saltus ſuperexcreſcẽs numerus hoĩm.

cit. Nunquid rugiet leo, ſignanter addit, in ſaltu, & tunc demũ ſubiungit, niſi habuerit ꝑ̃dã. Quod itidẽ ſubaudiendũ eſt, in hoc ſequẽti uerſiculo, cũ dicit. Nunqd dabit catulus leonis uocẽ ſuã, uidelicet in ſaltu? Quid em̃ per ſaltũ ĩtelligi oportet, niſi multiplicitatẽ generis hu mani, q̃ ſuꝑ numeꝝ creuit, cuius abũdantia tota ſylueſtris & ſterilis eſt? Leo quippe ſiue ca tulus leonis nõ ſaltũ, ſed in ſaltu aliquid apprehẽdere quęrit, id eſt, deus ſiue Chrũs dei filius nõ illos, quorũ ut naſcerẽtur cauſa peccatũ fuit, ſed tantũ filios benedictiõis ꝑ legẽ ſiue per euangeliũ ſuũ requiſiuit & requirit, & ubi uel qñ requirere debeat, uel quinã illi ſint, ipſe no

Filii benedictionis.

uit. ¶Quos aũt dicimus filios benedictiõis? Nimirũ illos q̃s creatis primis hominibus be nedicendo iuſſit naſci, ſicut ſcriptum eſt. Et creauit deus hominem ad imaginem ſuam, ad

Gene. 1.

imaginẽ dei creauit illũ, maſculũ & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis deus & ait, Cre ſcite et mł̃tiplicamini & replete terrã, & ſubijcite eã. Solos nimiꝝ electos ſuos tũc iuſſit naſci & niſi peccatũ incidiſſet, ſoli nati fuiſſent uel naſcerẽtur electi. Quicũq; naſcũtur ſuꝑ nume rũ electorũ, ut naſcãtur, propter peccatũ fit, & peccatũ cauſa eſt multiplicitatis eorum ſiue

Gen. 3.

multitudinis: qa uidelicet propter peccatũ mulieri dñs dixit. Multiplicabo ærũnas tuas & cõceptus tuos. Iſta multiplicitas corã leone iſto, ſiue catulo leonis quidã ſaltus eſt, in q̃ demersi uoluti ſunt & diſperſi errauerũt oẽs electi dei, ut nõ potuiſſent inueniri uel diſcerni, niſi ma gna uigilantia requiſiſſet eos deus uel filius dei tanq̃ famelicus leo, uel ut eſuriens catulus le onis. Igi

onis. Igitur tribus his uerſiculis. Nunquid ambulabũt duo pariter, niſi cõuenerit eis, nũquid
rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædã. Nunqd dabit catulus leonis uocẽ de cubili ſuo, niſi ali
quid apprehenderit: tribus (inquã) iſtis uerſiculis, ſi recte intelligũtur, ſatis excuſatum arbitra
mur deũ, ꝙ nõ ſine præiudicio dixerit totiẽs ſuperius, nõ cõuertam eũ, & ꝙ perditõis aliquo
rum hoĩm cauſa nõ ſit eius ſilentiũ. Non eñ propterea quia ſiluit ipſe, aliqui perierũt, ſed ꝓ-
pterea: quia cõuerti nõ poterant, cõtinuit ab illis uocẽ ſuã nõ ignorãs (ut ait Sapiẽtia) qm̃ ini- Sapiæ. 12.
qua eſt natio eoꝝ, & naturalis malitia ipſoꝝ, & qm̃ nõ poterat mutari cogitatio illoꝝ in per-
petuũ. Semen eñ erat maledictũ ab initio. ¶ Sed forte dicit aliquis: Iſte idem catulus leonis Obiectio
ſuo ore dixit: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida: qa ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent Mat. 11
uirtutes quæ factę ſunt in uobis: olim in cilicio & cinere pœnitẽtiã egiſſent. Item: Quia ſi in
Sodomis factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſq; in hanc diẽ. Cur
ergo ſaltẽ illic leo nõ rugiit, qñ quidẽ erat ibi, qđ apprehendere potuit? Veꝝ de hoc iam ali- Solutio
bi diximus. Et idcirco non diu immorandũ eſt, breuiter tñ repetimus quia deus de tali illoꝝ Supra i Oſee
pœnitẽtia nõ curauit aut curare debuit, quæ nõ ageret ꝓ æterna ſalute futuri ſeculi, ſed pro lib. 2.
uitãda aduerſitate, ꝓ retinẽda proſperitate uitæ præſentis. Vt ergo uerba ꝓphetica ꝓſequa-
mur, ſciendũ prius eſt, quia ſicut ad ſpiritũ propheticũ ꝑtinuit, iuſtificare deũ & excuſare de
his qui pereunt: ita nihilominus ad eundẽ ꝑtinuit, gratiã dei cõmendare in his qui ſalui fiũt.
Hoc animaduerſo uideamus quid ſequit. Nũquid cadet auis in laqueũ terræ abſq; aucupe? Paſtorales ſi-
O q̃ uiliũ ſimilitudines reꝝ, q̃ precioſum prædicant ſacramentũ Propheta hic de paſtorali- militudĩes hu
bus aſſumptus, qualia uidere uel agere ſolitus erat in paſcuis, talibus cõtentus eſt ad cõmen- ius prophetæ
danda per aliquas ſimilitudines diuina myſteria, ſic incipiendo: Et luxerunt ſpecioſa paſtoꝝ,
& deinde dicendo: dominus de Syon rugiet, & nunquid rugiet leo in ſaltu, & nũquid cadet
auis in laqueum, & cætera his ſimilia quæ cuncta fere paſtoralia ſunt. Sufficiunt cœleſti ma
giſterio res ſiue inſtrumẽtum nõ ſolum piſcatoꝝ, uerumetiam paſtoꝝ, ut per eoꝝ ſimilitudi-
nes docti ſint & doceant conueniẽter gloriam reꝝ cœleſtium. Nunquid cadet (ait) auis in la
queum terræ abſq; aucupe. Videlicet reſpondebitis nõ. Niſi eñ auceps arte ſua laqueum di Aĩa, ut auis
ligẽter tendat, & oĩi ſatagat induſtria quatenus auem capiat, auis fugitiua ſemper & uaga uerbum dei,
prius fauces incurrit accipitris, ſiue columba ſiue turtur illa ſit aut certe turdus pinguis, prius ut laqueus
(inquã) accipitri cedet in prædam, quã ſua ſponte ad regis inclyti deuolet menſam, quã ergo
gratiã prouidus auceps habeat illi, cum ſuo illã laqueo cœperit? Vtiq; nullã ſed eiuſdẽ poti-
us induſtriæ res oĩs attribuẽda eſt. Sic ꝑfecto dum aĩam errantẽ & per uanitates & inſani-
as falſas uolitantẽ: ueritas dei ſuo laqueo comprehenderit, ita ut cõſentiat ueritati, bene illa-
queata uerbo ſalutis, cui cõtra dicere nõ poſſit, & idcirco nec etiam uelit, totũ gratiæ dei at-
tribuendum eſt, qui boni uerbi ſui laqueum tetendit, ut auicula uaga. ſ. anima prius deueniat
in manũ dñi dei, q̃ fauces incurrat diaboli. Ergo per hanc ſimilitudinẽ uerſiculus iſte dei gra
tiam, ſequens autem dei potentem efficaciam, efficacem dei commendat potentiã. Ait eñ:
Nunquid auferetur laqueus de terra, anteq̃ quid cœperit? Hoc eñ idem eſt, ac ſi dicat, de-
us intendens opus bonum opus perfectum. Nunquid uerbum meum redibit ad me uacu-
um? Non utiq;, nam etiam in alio Propheta dicit ipſe. Et quomodo deſcendit imber, & nix
de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terrã, & infundit eam, & germinare eam fa Eſa. 55
cit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit uerbum meum quod egredietur de ore
meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcũq; uolui & proſperabit in his ad quæ
miſi illud. Secundũ ſenſum eũdẽ dictũ hoc accipiamus, ac ſi dicat Propheta. Sicut laqueus
nõ aufertur de terra, anteq̃ quid capiat: ſic uerbum meum inuacuum non ibit, ſed in eo pro-
ſperabitur, ut oẽm electoꝝ numeꝝ ad me reducat Sed nunquid in collectione electoꝝ, quę
per laquei captionem recte intelligitur, ſicut & per laxationem retium piſcantium, ſola ope
rata eſt uel operatur ſapientiæ ratio, & nõ etiam fortiſſimus iudicij terror auditus in oĩi mũ
do. Sequit ergo: Si clanget tuba in ciuitate, & populus nõ expaueſcet? Tuba nãq; belli ſignũ
reuelationem iræ dei ſignificat uenturæ ſuper oẽm impium, quæ tunc temporis quidem nũ
ciabatur uocibus legis & prophetaꝝ, tandem autem reuelatur per Chriſti euangelium. Iuſti
tia enim dei (inquit Apoſtolus) in eo reuelatur. Item: Reuelatur eñ ira dei de cœlo ſup oẽm Rom. 1.
impietatem & iniuſtitiam hominum eoꝝ qui ueritatem dei in iniuſtitia detinẽt. Ergo ꝙ ait:

ſi clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet, idem eſſe uidetur, ac ſi dicat. Quāuis
uerbū uel ſapiam dei comprehēdentē & ſimplices in ſimplicitate eoꝝ, & ſapientes in aſtutia
eoꝝ, per ſimilitudinem laquei ſignificauerunt: nequaq̄ tamen exiſtimes, ꝙ ſemper ſuppreſ-
ſe reſonare, uel in angulis ſuſurrare, & de humo audiri debeat uerbum dei. Sic enim terribili-
ter in toto audietur orbe, ſicut tuba clangens in ciuitate, quam cum populus audierit, ſine du-
bio expaueſcit. Porro ciuitas diaboli contraria ciuitati dei, neq; per ſubtilitatem laquei, neq;
per terrorem tubę clangentis conuertit, ut reſipiſcat & effugiat iram dei, & propter hoc neq;
in hoc ſeculo, neq; in futuro, malum deeſt illi, faciente iudicio dei. Sequitur ergo: Si erit ma-
lum in ciuitate, quod dominus non fecit? Et quidem in ciuitate illa, id eſt, in hoc mundo,
qui in maligno poſitus eſt, malum eſſe non poteſt negari, ſed ꝙ dominus malum ipſum faci-
at, negare cōtendunt ciues eiuſdem ciuitatis, deo rebelles & increduli, exempli gratia: Malū
uenit in ciuitatem Samariæ propter uitulos aureos, quos fecit Hieroboam, cuius à peccatis
nullus regum Iſrahel receſſit: illud uidelicet malū, ꝙ Iſrahel ab Aſſyriis captiuus ductus ē.
Malū itidē uenit in ciuitatē Hieruſalē, ut primū à Babyloniis: & deinde excinderetur à Ro-
Quod maluꝫ manis. Nonne huiuſmodi malum dominus fecit. ¶ Etenim malum quidem, qđ eſt iniqtas,
facit domin⁹ Dn̄s nō fecit: ſed malum, quod eſt afflictio propter iniquitatē, dominus induxit. Vnde hoc
comprobari poterit? Ait: Quia nō faciet dominus deus uerbum, niſi reuelarit dominus ſe-
cretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas. Nimiꝝ ad comprobandum ꝙ dn̄s fecerit eiuſmōi
malum, magnū & euidens eſt argumentū, quod priusq̄ faciat illud, priusq̄ ueniat ipſum ma-
lum, dum adhuc in diſpoſitiōe domini latet ſecretum, reuelat illud ſeruis ſuis Prophetis, ut il-
li prænuncient futuꝝ, ut audientes aliqui metuant ſibiq; caueant, & fugiant iuxta illud: De-
diſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiāt à facie arcus. Sic nō fecit dn̄s deus diluuium,
Pſal. 59 niſi prius reuelaret ſecretū ſuum ad Noe ſeruum ſuum. Sic non pluit ignem & ſulphurem
Gene. 6 ſuper Sodomam & Gomorrm, niſi prius reuelaret ſecretum ſuum ad Abraham amicum
Ibidem. 18 ſuum Sic non percuſſit Aegyptū, neq; ſubmerſit Pharaonem in mari rubro totum eius ex-
Exo. 3. 4 ercitum, niſi prius reuelaret ſecretum ſuum ad Moſen ſeruum. Sic & de cæteris omnibus
ſentiendum, quęcunq; acta uel agenda ſunt uſq; ad nouiſſimam tubam, qua perſonante ulti-
mum celebrabitur iudicium: quia nihil actum uel agendum eſt, ita ut nō ſit ante reuelatum.
Itaq; nō erit malum in ciuitate, quod dominus nō fecit, quod exinde cōprobari poteſt, quia
non facit quicquàm dominus deus, niſi prius ad ſeruos ſuos Prophetas ſecretum ſuum reue-
lauerit. Hæc iſto dicente qui paſtor fuit, ſubaudiendum eſt ac ſi dicat: quia malum in Iſrahel
faciet dominus, & anteq̄ hoc faciat, ad me ſeruum & Prophetam ſuum ſecretum ſuum re-
uelauit. ¶ Item & illud memoriter tenendum eſt, quia rebellis & contemptor Iſrahel cum
gibus ſuis, ſilentium indicebat Prophetis, ſicut ſuperius in perſona ſua dominus dixit: Et pro-
Supra. 2. pinabatis Nazaræis uinum, & Prophetis mandabatis, dicentes: ne ꝓphetetis. Et cui ex omni-
bus Prophetis proteruius mandaret, quàm iſti qui paſtor fuit. Itaq; pecorum quidem paſtor
ſed regum imperator forti authoritate ſeſe accingit, & dicit: Leo rugiet, quis non timebit?
Quam ſimilitudinem ut quid arripuerit, ſequenti protinus percunctatione aperit, cum dicit:
Dominus deus locutus eſt, quis non prophetabit? Eſt enim hic ſenſus. Vos reges & princi-
pes, & ſuperbi diuites, aſſueti eſtis mādare prophetis, & dicere, ne prophetetis. Quis eſt hic?
Ego aūt dico uobis: quia loq̄nte dn̄o & dicēte, uade & ꝓpheta, ego ita quaſi ad rugitū leonis
timeo, & tacere nō audeo, & prophetandi neceſſitatem habeo, q̄uis uos reges, & ego ſum pa-
Actu. 5 ſtor. Et quid uultis? Si iuſtū eſt in cōſpectu dei uos potius audire q̄ deū, iudicate. Sed nunquid
ſpectandū erat illi ad arbitriū ſiue iudiciū illoꝝ, qbus cōſuetudo erat mādare & dicere pro-
phetis, ne ꝓphetetis? Nōne ſcd̄m uelle illoꝝ nō deo potius q̄ hoībus, ſed hominibus potius q̄
deo putaret eſſe obediendū? Nempe deū præferre homini regi, rebellionem eſſe conſeren-
Infra. 7. Hinc em̄ longe inferius ſcriptū eſt, & miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regē
Iſrahel, dicens: Rebellauit cōtra te Amos in medio domus Iſrahel, nō poterit terra ſuſtine-
re uniuerſos ſermones eius. Recte igit̄ nō expectata reſpōſione, cū dixiſſet: Leo rugiet, quis
nō timebit? Dn̄s deus locutus ē, quis nō ꝓphetabit? confeſtim ipm̄ dn̄i rugitū, ipſam domi-
ni dei locutionē conſtāter adiicit: L. Auditum facite in ędibus Azoti, & in ędibus terræ
Aegypti, & dicite. Congregamini ſuper omnē montē Samarię, & videte inſanias
multas

**multas in medio eius, ⁊ calumniam patientes in penetralibus eius, ⁊ neſcierunt
facere rectum, dicit dominus, theſaurizantes iniquitatem, ⁊ rapinas in ędibus ſu-
is. Propterea hęc dicit dominus deus. Tribulabitur ⁊ circuietur terra, ⁊ detra-
hetur ex te fortitudo tua, ⁊ diripientur ędes tuę** Hic eſt rugitus leonis, hęc eſt locutio
dñi terrentis Prophetam, ne tacere audeat, prophetare ne differat. Iubet ut annũciet Azo-
to & terræ Aegypti quæ ſequuntur. Dicite (inquit) ut cõgregẽtur quæ in uicino ſunt, & ui
deant ſcelera Iſrahel, ne iniquum putent eſſe iudicium. Ac ſi dicat: Prius uidete quæ faciũt,
& tunc meam ſnĩam comprobate. Propter huiuſmodi, ſollicitudinẽ Moſes ſeſe habere oñ-
debat, qñ irato dño propter uitulum quem fecit Aaron, & dicẽte: Dimitte me ut iraſcať fu-
ror meus cõtra eos. & deleã eos, faciamq́ꝫ te in gentẽ magnã, ſtans in cõfractione. i. in nimia
cordis humilitate in cõſpectu eius orabat, dicẽs: Ne quæſo dicant Aegyptij, callide eduxit
eos, ut interficeret in mõtibus, & deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſup nequi Exo. 32.
tia populi tui. Igiť qm̃ tunc, ut uidebať amico meo Moſi, nõ expediebat honori meo, delere
illos: ne tale quid dicerẽt Aegyptij: quia nondũ innotuerãt illis cauſę, ꝓpter q̃s iuſte deberẽ
cõtra ppl'm meũ iraſci: nũc inſaniæ, quas faciunt, innoteſcãt & Aegyptijs & Azoto. i. Phyli
ſtijm, qui Iſrahelis inimici ſunt ꝑpetui: & uideant magnitudinẽ inſaniæ, imò multas inſanias
in medio Samariæ, ut pro deo adorẽt uitulos, & immolent filios ſuos, & præterea calũniam
faciãt in penetralibus ſuis, ita calũnioſi, ita iniuſti, ut rectũ facere neſciãt. i. nullo mõ approbẽt
rectitudinẽ ſiue iuſtitiã. ¶ Deniqꝫ hoc neſcire, contẽnere eſt. Scd̃m hunc modũ Pharao non Neſcire per
intelligẽs: neſcio (inquit) deũ, & Iſrahel nõ dimittã. Iudæi quoqꝫ uidẽtes dñm & opera eius, cõtemptum.
qualia nemo alius fecit: nos ſcimus (aiũt) quia Moſi locutus eſt dñs, hũc aũt neſcimus unde Exo. 5
ſit, Porro neſcire iſtoꝝ p̃ſenti loco maxime cupiditas, quæ excæcat oculos etiã ſapientiũ, fe- Ioh. 9
ciſſe innuiť, cũ protinus ſubdiť: Theſaurizãtes iniquitatẽ, & rapinas in ædibus ſuis. Quantæ Exo. 23.
hoc dãnatõis ſit, uidelicet theſauros cõgerere de iniquitate & de rapinis: p̃ſertĩ in illo ppl'o q
pauper in Aegypto fuit, quẽ miſericordia liberatoris dei de illo camino pauꝑtatis eduxit, nõ
ſatis digne p̃t edici: Superbia hæc maxime deteſtabilis eſt in ſeruis illis de pauꝑtate & ſerui-
tio redẽptis. Idcirco pulchre, cõgregamini (inquit) ſuꝑ oẽm montẽ Samariæ, & uidete, mõ
tiũ noie, magnitudinẽ uolens intelligi ſuꝑbiæ. Nã prouincia quidẽ Samariæ in montuoſis ſi
ta eſt, ſed ad cognoſcendã dei iudicij dei iuſtitiã, plus ualet cõſiderare altitudinẽ Samaritanę
ſuꝑbiæ, q̃ terrenos ſiue locales mõtes Samariæ. Propterea tribulabiť (ait) & circuieť terra, &
detraheť ex te fortitudo Iudæ, & deripienť ædes tuæ. Paꝝ eſſet dixiſſe, tribulabiť & circuieť
terra, niſi addidiſſet, & detraheť ex te fortitudo tua. ¶ Deniqꝫ & ante tꝑa illa tribulata fuerat
terra: tunc uidelicet, quãdo (ſicut in libro Iudicũ legimus) tradidit dominus Iſrahel in manu Iud. 3.
Chuſanraſathaim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntq́ꝫ ei octo annis: & tũc qñ cõfortauit ad-
uerſus eos Eglon regẽ Moab ſeruierũtq́ꝫ ei octodecim annis: & tunc qñ tradidit illos in ma
nus Iabin regis Chanaã, & ꝑ. xx. annos uehemẽter oppreſſit eos: & tũc qñ tradidit eos in ma
nus Madian ſeptẽ annis, & oppreſſi ſunt ualde ab eis: & tunc qñ tradidit eos in manus Phy-
liſtijm & filioꝝ Ammon, afflictiq́ꝫ ſunt & uehementer oppreſſi per annos octodecim. Tot
ſiquidem uicibus, id eſt, quinquies tribulata fuerat terra: ſed nondũ ex te o Iſrahel detracta
fuerat fortitudo tua, nondũ em̃ captiuus migraueras de terra tua. Nunc detraheť ex te forti-
tudo tua, & diripienť ædes tuæ: quia captiuus migrabis, omĩ tua ſupellectili captiuãtibus Aſ
ſyrijs in prædã cedẽte. Nã ac ſi quærat aliqs, ergo ne nullæ ſuperũt reliquiæ, cõtinuo ſubiũ
git: **Hęc dicit dominus, quomodo ſi eruat de ore leonis duo crura, aut extremũ
auriculę, ſic erueńť filij Iſrahel, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, ⁊ in gra
bato Damaſci.** Reliquiæ iſtæ, uidelicet duo crura & extremũ auriculæ cuiuſcũqꝫ peco-
ris paruæ ſunt: ſed hoc proſunt erutæ de ore leonis, ꝙ ex eis p̃t agnoſci quale fuerit pecus q̃d
leo deuorauit: utrũ ouis an uitulus, utrũ aſellus an pullus equinus. Quãuis quatuor ſint cru-
ra tranſeuntiũ ſub uirga paſtoris: duo tñ crura pro iudicio ſufficiũt, alteꝝ de anterioribus, al
terũ de poſterioribus. Sic inquit erueńť filij Iſrahel. i. magnę deuorationi multiſq́ꝫ mortibus Reliquiæ Iſra
ſupererunt aliqui, quorũ calamitas mẽorari faciet, quid olim fuerit, qualẽ gratiã pro peccatis hel miſeræ
ſuis amiſerint. Recordamur nũc illius in pſalmo uerſiculi. Deus oſtendit mihi ſuꝑ inimicos Pſal. 58
meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiſcanť ppl'i mei, diſperge illos in uirtute tua. Neqꝫ enim di-

ctum illud arbitramur tantũmodo de illa diſperſiõe Iudæoꝝ, quæ facta eſt imperio Veſpa
ſiani & Titi: ueꝝ etiam de illa captiuitate decẽ tribuũ, quæ tunc inſtabat & facta eſt captiuan
tibus Aſſyrijs. Spũs ꝓphetiæ captiuitatẽ utrãq; præuidit: quæ idcirco facta, ut non tñ uno
in loco, ſed in omĩ terra fidẽ gentiũ cõfirmaret, & idcirco pars eoꝝ tanq̃ duo crura aut extre
mũ auriculæ de ore leonis .i. de cęde uaſtantiũ, eruta eſt, & uiuere ꝑmiſſi ſunt, ut etiã eoꝝ te
ſtimonio ſiue monimẽto dei iuſtitia ꝓpaget, & ſcripturaꝝ ueritas ubiq; ſit, illis circũferenti
bus, ex qbus Chriſtus dei filius teſtimoniũ habẽs ex lege & Prophetis cognoſcit. Miſeræ er
go reliquiæ, quæ ſic erutæ ſunt, quæq; alijs & nõ ſibi utiles ſunt. ¶ Cauſam tãtæ deuoratõis
cõtinuo ſubiungit dicẽdo: Qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in grabato Damaſci.
Cauſa magna eſt, & magni reatus criminis, quã ſignificat uerbis huiuſcemodi. Illo nãq; tpe
quo ꝓphetãte iſto decẽ tribuũ captiuitas imminebat, fœderati erãt filius Romeliæ rex Iſra
4.Reg.16. Eſa.7 hel, & Raſin rex Syriæ, & pariter aſcenderũt ad p̃liandũ in Hierl'm. Cũq; obſiderẽt Achas,
nõ ualuer̃t ſuperare eũ. Arguunt ergo filij Iſrahel ſiue habitatores Samariæ, qđ requieſce
rent in plaga lectuli, & in grabato Damaſci .i. ꝙ fiderẽt in homine, derelicto auxilio dei, cũ
Hiere.17 ſcriptũ ſit, maledictus q cõfidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ ſuũ, ut à dño recedat cor
eius. Et quis uim ſenſuũ uerbis ualeat digne cõſequi, dũ dicit in plaga lectuli, & in grabato
Damaſci? Damaſcũ uult eſſe in grabatũ, imò in grabato iacentẽ ægrotũ ut uere erat, cũ eſſet
rex eius homo mortalis & obnoxius peccato atq; corruptioni: q̊d mirabiliter ſignificat ꝑ pla
Plaga lectuli. gam lectuli. Hominis nãq; ſine deo quæ uidet eſſe firmitas tãta eſt infirmitas, ut plaga lectu
li .i. ſicut plaga uehemẽtiſſima ꝓpter quã plagatus in lectulo neceſſario decũbit, & neq; ſibi
ſubuenire põt neq; alij. Nam ſi nullũ in corꝑe uulnus recepiſſet Damaſcus .i. Damaſci rex
Raſin, tñ nihilominus ad increpandã ſtultitiã Iſrahel, qui poſuerat carnẽ brachiũ ſuũ, ut à do
mino recederet cor eius, pulchre & ueraciter auxiliũ illud dici poterat grabatus, q eſt lectu
lus ægroti. Poterat (inquã) dici plaga lectuli, ſiue lectulus plagati. At uero Raſin etiam cor
4.Reg.16. poraliter plagatus fuit. Mittente nãq; Achas nũcios ad regẽ Aſſyrioꝝ, & dicẽte: aſcende et
Exitus Raſin ſaluũ me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrahel, qui cõſurrexerũt aduerſum me:
regis Damaſci aſcendit rex Aſſyrioꝝ in Damaſcũ, & uaſtauit eam, & trãſtulit habitatores eius Cyrenen,
Raſin aũt interfecit. Itaq; per plagã lectuli plagatũ imò & interfectũ intelligimus Raſin: ꝑ
grabatũ aũt Damaſci uaſtationẽ atq; tranſlationẽ habitatoꝝ eiuſdem Damaſci, quæ nimis
magna fuit ægritudo: uelut in grabato decũbentis. Stultitiæ igit Iſrahel redarguit, qui in tãli
& tanta infirmitate fiduciã habuit, qua (ut dignũ erat) fruſtratus, ipſe quoq; poſtmodũ capti
uus diſceſſit tanq̃ in deuorationẽ leonis: ita ut quicquid ex tunc de illo ſuperfluit, totum pro
duobus cruribus & ꝓ extremo auriculæ reputet, ad cõparationẽ priſcę integritatis. Sequit.

[ Audite & conteſtamini in domo Jacob dicit dominus deus exercituum, quia in
die cum viſitare cœpero preuaricationes Iſrahel ſuper eum, viſitabo & ſuper alta
ria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram, & percutiam domũ
hyemalem cum domo ęſtiua, & peribunt domus eburneę & diſſipabuntur ędes mul
tę, dicit dominus ] Mira & iuſta uerba dñi & ſpũs ſancti authoritas, quomõ de ore paſto
ris nõ minus q̃ de ore imperatoris pertonat. Supra dixerat: auditũ facite in ædibus Azoti, &
in ædibus terræ Aegypti: nunc audite (inquit) & cõteſtamini in domo Iacob dicit dñs deus
exercituũ: & deinde tertio dicturus eſt, audite hoc uerbũ uaccæ pingues quæ eſtis in monte
Samariæ. Si de paſtore iam in regẽ fuiſſet aſſumptus, ut Dauid, quid uellemus addi ad tantã
maieſtatẽ elocutõis? Et uide q̃ pulchre, q̃ cõgrue nunc interponit, dicit dñs deus exercituũ,
dum uiſitationẽ prænũciat ſuper altaria Bethel, uidelicet ubi colebat Iſrahel ſimilitudinem
uituli comedentis fœnum. Nonne oportuna cõmemoratõe ſuũ declamat patronũ domi
num deũ exercituũ: cõtra illũ tunc tpis patronũ Iſrahelis, nõ dñm aut deũ exercituũ, ſed ui
tulum cornutũ, nõ ſolum brutũ, ueꝝ etiã ſenſu carentẽ, nec ſolũ ſenſu carentẽ, ueꝝ etiã inani
Quam ridiculus deus i Bethel. matũ. Audite ergo (inquit) & cõteſtamini in domo Iacob, ne quis de ignorãtia ſe excuſet, &
hoc: nõ quia dico ego paſtor armẽtarius uel paſtor uituloꝝ, ſed quia hoc dicit dñs deus exer
cituũ, cõtra urm̃ deũ, nõ ſaltẽ uitulum ſucco uel ſanguine plenũ, ſed inane uituli ſimulacrũ.
Et quid dicit? Quia in die, cum uiſitare cœpero p̄uaricatões Iſrahel: in die (inquã) id eſt in ma
nifeſto, ita ut cauſę uiſitatõis .ſ. p̄uaricationes Iſrahel, luce uel die clariores ſint, etiã in ędibus
Azoti,

Azoti,& in ædibus terræ Aegypti: ut non ſit opus dicere: quare ſic fecit dn̄s terræ huic &
populo huic:tunc uiſitabo etiā ſuper altaria Bethel,ut uidelicet memoria uituloꝝ pereat,q̊ꝝ
unus eſt in Bethel.quæ debuit eſſe domus dei,ſcd̄m hoc ip̄m nomen q̊d dicit̄ Bethel. Et ui-
de q̄ magnifice talem deū,q̄ eleganter uitulum cornutū percutit,dicendo: & amputabūtur
cornua altaris,uidelicet ꝓpter cornutā,quā colebat Iſrahel,formā uituli,fœnū comedentis.
Amputata ergo cornua altaris.i.deſolati cultores ſimulachri cornuti:cadent (īquit)in terrā,
ſubaudit̄ nō ſuam:quia captiui ducent̄ in terrā alienā. Quod deinde ſubiungit:& percutiam
domū hyemalē cū domo æſtiua,ſimpl̄r iuxta literā accipere poſſumus:tantaꝝ uidelicet eos
fuiſſe opum, ut duplices haberent domos, hyemales & æſtiuas:quaꝝ aliæ uerſæ eſſent ad
aquilonē,aliæ ad auſtrum,ut pro uarietate tempoꝝ frigoris & caloris,cœliq; temperiē ꝓui-
derent.Itidem ꝙ ait:& peribunt domus eburneæ,iuxta hiſtoriā ſtare poteſt.Legimus enim
Achab regē Iſrahel tantis fluxiſſe delicijs,ut domū eburneā ſibi fecerit. Merita cōtra tales 3.Reg.22
cœleſtis iræ ſeueritas,qbus cū idcirco dediſſet dn̄s regiones gentiū & labores populorū in
poſſeſſionē,ut cuſtodirent iuſtificatōes eius & legē eius requirerent:econtrario cōtra iuſtifi- Pſal.105
cationes eius & legē eius modis om̄ibus incedētes:uitulis quoq; aureis nefario cultu applau
debāt, iuxta illud:Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit:incraſſatus,impinguatis,dilatatus, Deu.32
dereliquit deū factorē ſuū. Propter eiuſmodi craſſitudinē ſiue incraſſationē, impinguatio-
nem, dilatationē atq; recalcitrationē tam pulchre q̄ ueraciter,tam iuſte q̄ fortiter, inuectiōe
mirabili conſurgens ſermo diuinus clamat,& dicit: **Audite hoc verbū vaccę pingues** CAP.IIII.
**quę eſtis in monte Samarię,quę calumniam facitis egenis.& confringitis paupe**
**res,quę dicitis dominis veſtris,afferte & bibemus.** Hoc ip̄m & ꝙ dicit audite iam
tertio fragore infeliciū auribus,illidit:Primo nāq; dixerat,auditum facite in ædibus Azoti.
Deinde quaſi propius accedens:audite(inquit)& conteſtamini in domo Iacob: nunc uelut
ad ſummū perueniens.i.ad ipſos ſacerdotes:audite(inquit)hoc uerbū uaccę pingues.Nem
pe acrius atq; animoſius dignū erat percuti tales dæmonū ſacerdotes,reꝝ & animaꝝ homi- Rom 1.
nū uoratores,qui aſſumpti de extremis populi,ueritatē in mendacio detinebant,tanq̄ in hoc 3.Reg.12.
ipſum pretio conducti. Fecit enim Hieroboam ſacerdotes de extremis populi, callide ni-
mirū agens,& ſciens q̄ libenter cū ſuo fauore repētinas homines extremi diuitias exciperēt.
¶Ecce uaccæ pingues recte dicunt̄ eiuſmodi ſacerdotes.Poterant aūt dici uituli pingues,ſa
tis congruū hoc illis eſſet,ut uituli dicerent̄ uituloꝝ cultores,& in uitulorū ſimulachris con- Vaccæ pin-
fidentes,atq; ex eorū cōmertio pingues:Quare ergo cū eſſent ſexu uirili, uaccas fęīas quàm gues,ſacerdo
uitulos maſculos eos dicere maluit? Videlicet ob augmentū cōfuſiōis,quia uitulis erāt ſub- tes uituloru3
acti miro genere fornicatōis,uaccæ debuerunt dici: quia ſicut uiſibiliter adorādo ſubſterne-
bant ſe talibus uitulis,ita & inuiſibiliter animæ illoꝝ erāt proſtitutæ tauris.i. ſpiritibus mali-
gnis.Itaq; nō parui ponderis habet ꝙ dicit:audite hoc uerbū uaccæ pingues. Simul nanq;
tria hæc uehemēter aſtruit,& ſimilitudinē de qua Pſalmiſta:Similes(inquit)illis fiāt qui faci
unt ea,& om̄es qui cōfidunt in eis:& fornicationē,qua deſerto creatore fornicabant̄ cū ui-
tuloꝝ ſimulachris:& turpē uentris impenſionē quā in otio fouebāt, affluentibus de cuncto
populo diuitijs:ueraciter incraſſati,impinguati,dilatati,& exinde recalcitrantes,utpote pin-
gues uaccæ:nō tm̄ pingues,ueꝝ etiam cornupetæ.Nam & ſuperbia pinguiū deſignat̄ in eo
ꝙ ait:quæ eſtis in monte Samariæ, & cornupetarū feritas uaccarū in eo ꝙ protinus ſubiū
git.Qui calumniā facitis egenis,& confringitis pauperes.Deinde ꝙ ait:quæ dicitis dn̄is ue-
ſtris,afferte & bibemus,quis ſatis digne admiret̄? Quis alius,niſi ſpiritus ſanctus taliter per os
paſtoris loqueret̄? Vaccæ pingues & nimium delicatæ,longius à præſepibus,ſaltem ad ada
quandū,non patiunt̄ educi:ſed ad ipſa pręſepia iubent ſibi limpidas de puro fonte aquas de-
portari.Et quibus hoc iubent? Dominis ſuis. Quibus uerbis uel qua ſimilitudine māgnifi-
centius indignitas rei potuit explicari? Sacerdotes illi de extremis populi(ut iam dictum eſt)
aſſumpti,& per illā aſſumptionē ſupremi ac diuites effecti,atq; uelut uaccæ pingues ocioſo
uentre dilatati,accumbebant plenis epularū menſis,ſatiſq; agebant pro imperio dicentes do
minis ſuis,regibus ſuis:afferte ut bibamus,& de cætero ſecuros uos faciemus.Etem̄ dūmō
ſumptus nobis & pocula nō deſint,ſtatuta iugiter regalibus edictis, noſtri ſtudij noſtræ erit
prouidentiæ,præoccupatos tenere animos huius populi,ne uelit aſcendere ut faciat ſacrifi

cia in domo dñi in Hieruſalem, quod ſi fieret, interficerẽt regem ſuũ, & reuerteret regnũ ad
domũ Dauid. De hoc periculo ſecuros uos faciemus, tantũmodo uidete ne deſit quod biba
mus. Pocula diſertos faciẽt uos, ut ſubornatis uitulis aureolis, pulchre & eleganter dicamus
in auribus populi. Ecce dĳ tui o Iſrahel, qui eduxerũt te de terra Aegypti, & nõ erit qui nob
aſſertoribus aliud ſcire poſſit. Audite igit, inquit: **Iurauit dominus deus in ſancto ſuo,
quia ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in
ollis feruentibus, & per apturas exibitis altera contra alteram, & proĳciemini in
Armon dicit dominus.** Quis eſt iſte ſanctus, in quo iurauit dñs deus. Vtiq; non debet
Iurauit dominus in ſancto ſuo — eſſe minor aut inferior q̃ ipſe dñs deus. Hoies eñ (inquit Apl's) per maiorẽ ſui iurant, & oẽs
cõtrouerſiæ eorũ finis ad cõfirmationẽ eſt iuramentũ. Abrahæ promittẽs deus, qm̃ neminẽ
habuit per quẽ iuraret maiorẽ iurauit per ſemetipſum. Ergo hic ſanctus ſuus, in quo iurat
Heb. 6 deus ſuus eſt filius, quẽ utiq; ſanctũ dei etiã malignus quoq; ſpũs cũ ſuo tormẽto euãgeliſta
Luc. 4. teſtãte confitet. Erat (inquit) in ſynagoga hõ habens dæmoniũ immundũ & exclamauit uo
ce magna, dicens: Sine, qd nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti pdere nos? Scio te quis ſis,
ſanctus dei. Igit in ſancto ſuo nõ in minore aut in maiore ſed in coæquali ſuo iurauit dñs de
us? Quo aũt pertinuit, ut tali pro cauſa iuraret dñs in illo ſancto ſuo? Videlicet quia certamẽ
erat dño deo cõtra Iſrahel pro illo ſancto ſuo à domo Dauid, ad quẽ ſancti illius facta fue
rat repromiſſio, & illius promiſſiõis ueritatẽ detinere ualebãt illæ pingues uaccæ in illo qd
colebãt mendacio, nec erat pars illis in eadẽ promiſſiõe dei dicentiũ, nõ eſt nobis pars in Da
3. Reg. 12. uid, neq; hereditas in filio Iſai. Quid iurauit dñs deus in illo ſancto ſuo? Quia ecce dies (inqt)
uenient ſup uos, & leuabũt uos cõtis, & reliqas ur̃as in ollis feruẽtib⁹, & p apturas exibitis alte
ra cõtra alteram, & proĳciemini in Armon. Senſus iſte eſt: Aduentura eſt nõ longe & poſt
multa ſecula, ſed iã imminẽs dies captiuitatis & anguſtiæ, in quo capiemini in p̃lio, & porta
bimini atq; auferemini iure uictoriæ, iamq; uiæ captiuitatis uobis apertæ ſunt, & exibitis al
ter cõtra alterũ, ut ueſtrã uiciſſimet mutuis uultibus cõſpiciatis miſeriã, & proĳciemini in lo
cis armœniæ quæ uocat Armon, & in ciuitatibus Medorũ. Mirari aũt magis poſſumus q̃
eloqui, quantũ plus habeat decoris, in eo q metaphorã uaccarũ cœptã ſeruauit: ut quas pin
gues dixerat eſſe uaccas, earum carnes dicat in contis & in feruentibus ollis eſſe portandas.
Hoc ipſi nõnunq̃ fieri uidimus, ut præcoctis carnibus feruẽs & fumãs cacabus in contis le
uaret, & de loco ad locũ. i. de culina lõgius deferret ad domũ cõuiuantiũ. Hoc ergo mirabi
liter declamat ſermo propheticus, q feruenti captiuitatis anguſtia decocti, transferant illuc
ubi ſub dñis hoibus captiui, à malignis quoq; ſpiritibus (qm̃ ſunt impœnitentes) deuorent.
Sequit. **Venite ad Bethel, & impie agite ad Galgala, & multiplicate præuaricatio
nẽ, & offerte victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras, & ſacrificate de fer
mentato laudem, & vocate voluntarias oblationes, & annunciate. Sic enim volui
ſtis filĳ Iſrael.** Grauiſſimus eſt hic modus locutionis, quo nũc dicit: Venite & facite ſic
& ſic, & eadẽ illorũ facta ipſe oderit q hæc dicit: Non eſt hoc uolentis & relinquẽtis, nõ in
uitãtis ſed expellẽtis, nõ adhortãtis ſed idignãtis. Idcirco recte ſubiũxit & ſubiũgere debuit,
Iud. 3. ſic eñ uoluiſtis filĳ Iſtahel. Ac ſi dicat: Propterea dico, uenite ad Bethel ubi eſt deus ueſter,
uitulus ueſter, quia ſic uoluiſtis, & hactenus ueniſtis: propterea dico, impie agite quia impie
agitis & impie agere uultis: dico, uenite ad galgala, ubi etiã lõge ante uitulos Hieroboã erãt
idola, quia uenitis & uenire uultis: dico multiplicate p̃uaricationẽ, quia multiplicatis & mul
Exo. 23. tiplicare uultis: dico offerte mane uictimas ur̃as tribus diebus decimas ur̃as: qa offertis & of
ferre uultis eis qbus nõ debetis. Triũ nãq; dierũ ſolẽnitates adulteraſtis, de qb⁹ lex dicit, imo
de qbus ego in lege dixi. Tribus uicibus p ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. ſ. azymo
rum, & ſolennitatẽ menſis primitiuorũ & ſolennitatẽ in exitu anni. Solennitates iſtas ita uos
adulteraſtis, ut non mihi ſed ueſtris eas uitulis celebraretis: ne quid uulgo deeſſe uideret di
3. Regũ. 12. uitiæ iocunditatis. Siqdem & in menſe octauo, quinta decima die mẽſis, cõſtituit rex ueſter
Hieroboam diem ſolennẽ fanis ſuis & uitulis in excelſis, in ſimilitudinẽ ſolennitatis quæ ce
lebrabat in Iuda. Item dico, ſacrificate de fermentato laudem: quia ſic facitis & facere uultis
Luc. 5. fermentati fermento ueteri, fermento malitiæ & neqtiæ, cõtra omnem ſanctæ & ſpũalis le
gis authoritatẽ, q̃ fermentatũ qd in ſacrificio prohibet offerre. Dĳs ur̃is ita placet ut ſitis fer
mentati

mentati, & ſine azymis ſynceritatis & ueritatis. Illis ergo de fermentato ſacrificate laudem,
q̃a mihi ſpecioſam de ore ueſtro, cũ ſitis peccatores, nõ poteſtis ſacrificare laudationẽ. Hæc
oĩa faciẽtes, uocate uolũtarias oblatões & annũciate, quia ſic facitis, & ſic facere uultis, ut
ſacrificia quæ ueſtris offertis uitulis, eiſdẽ no bus honoretis, q̃bus ea quæ mihi offerunt, nũ-
cupat authoritas legis. Holocauſtũ, & ꝓ pc̃ õ, & pacifica, & hæc annũciate in ſono tubę &
cytharæ, in tympano & choro, ĩ chordis & organo, in cymbalis clare ſonãtibus, in cymbalis
iubilatõis: ita ut fortius & altius cãtaſſe iudicemini, q̃ tribus Iuda uel domus Dauid in tẽplo
dñi, quia plures eſtis. ¶ Hæc oĩa (ſicut iam dictũ eſt) nõ intentõe uolentis: ſed indignatio-
ne dicta ſunt derelinquentis: ſicut & alia multa quæ reperiuntur. Exempli gratia: ut illud,
quod traditori ſuo dixit idem dominus. Quod facis, fac citius. Item: Amice, ad quid ueni- Ioh. 13
ſti? Et in Apocalypſi legimus: Et qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat Matth. 26.
adhuc. Deniq; hæc & cætera huiuſmodi non ſunt dicta iubentis ſiue uoluntarie conceden Apoc. 22
tis, ſed permittentis & derelinquentis, eo quod non ignoret (ſicut Sapientia dicit) quoniam Sapiã. 12.
iniqua eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſoꝝ, & q̃m non poteſt imitari cogitatio illoꝝ
imperpetuum. Quid longius petitis dei iuſtitiam excuſari oportet reſponſis? Semetipſum
præſenti loco cauſis excuſat ipſe ſubiunctis. Ait enim: ⌊ Unde & ego dedi vobis ſtupo-
rem dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis
veſtris, & non eſtis reuerſi ad me dicit dominus. ⌋ Nimirum cum dicit & non eſtis re-
uerſi ad me, conuincit eos incorrigibiles fuiſſe, ſeipſum autem curam competentem ut corri
gerentur per flagellum famis adhibuiſſe. Magnitudinem flagelli magnitudinem famis qua
illos corripuit, mirabiliter exprimit, dicendo: Et ego dedi uobis ſtuporem dentiũ in cunctis
urbibus ueſtris, ſubiungendo, & indigentiam panũ in oĩbus locis ueſtris. Idem eñ eſt ac ſi
dicat: quia fames nõ tam diutina cibus tam rarus extitit, ut cũ quippiã reperiret qualiſcũq; ci
bi, dentes obſtupeſcerẽt, uelut re inſolita offenſi: legimus q̃ppe, regnante Ioram filio Achab 4. Reg. 6.
ſuper Iſrahel, famẽ tam magnam factam eſſe in Samaria, ut uenderet caput aſini octoginta
argenteis, & quarta pars cadi ſtercoris columbaꝝ quinq; argenteis. Subſequuta eſt eueſti-
gio famis annoꝝ ſeptem, quem & Heliſeus prædixit loquens ad mulierem, cuius uiuere fe-
cerat filiũ, dicẽs: Surge & uade tu & domus tua, & peregrinare ubicũq; reppereris. Vocabit 4. Reg. 8.
eñ dñs famẽ, & ueniet ſuper terram ſeptem annis. Cum tanta eſſet ſeueritas diſciplinæ cor-
ripientis, mirum quod nullus regum Iſrahel receſſit à pecaatis Hieroboam, id eſt, ab aureis
uitulis, ꝙ Iſrahel tam pertinaciter rebellis tãq; duræ ceruicis extitit, ut ad dñm deum ſuũ ne-
quaq̃ reuerteret. Vnde & digne improperans, & non eſtis reuerſi ad me, dicit dñs. Sequitur.
⌊ Ego quoq; prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres mẽſes ſupereſſent ad meſ
ſem, & plui ſuper unam ciuitatem & ſuper ciuitatem alteram non plui. Pars una cõ
pluta eſt, & pars, ſuper quam non plui, aruit, & uenerunt duę & tres ciuitates ad unã
ciuitatem, ut biberent aquã, & non ſunt ſaciatę, & nõ rediſtis ad me dicit dominus ⌋
Non ſolum ſtuporem dedi dentium in cunctis urbibus ueſtris, & indigentiam panũ in oĩ-
bus locis ueſtris, ſed & prohibui à uobis imbrem cum adhuc ſupereſſent tres menſes uſq; ad
meſſem, quæ appellatur pluuia ſerotina, & agris Paleſtinæ aruiſq; ſitientibus uel maxima
neceſſaria eſt: ut quando herba turgebat in meſſem & triticum parturiebat, nimia ſiccitate
marceſceret: & ita pereunte frumento & fame urgente, ſitis quoque ardorem & bibendi pe
nuriam ſuſtinerent. In illis nanq; locis pręter paruos fontes omnes cyſternarum aquæ ſunt.
Et ſi imbres diuina ira ſuſpenderit, maius ſitis, q̃ famis periculũ eſt. Et ne forſitan putarent,
hoc lege naturæ, & aſtroꝝ curſu ac uarietate tempoꝝ urbibus & populis accidiſſe: ſup unã
urbẽ, & ſuper agros eius pluere ſe dicit, & ab altera imbrẽ ſuſpẽdere, ut duæ & tres ciuitates
pergant ad aliam ciuitatem, & tamen non ſatientur aquarum potibus. ¶ Talis diſpenſatio Inexcuſabiles
imbrium ſatis pro argumento eſſe poterat ad comprobandum, ꝙ non caſu ſed cœleſtis iu- filii Iſrahel
diciĵ ratione illa ſiccitas eueniſſet. Habebãt autem firmiorem propheticum ſermonem, cui
nõ attenderunt. Propter quod & magis inexcuſabiles ſunt. Deniq; & famẽ illã ſiue ſtuporẽ
dentium, de quo ſupra dictum eſt, Heliſeus propheta prædixit loquens ad mulierem cuius
uiuere fecerat filium, & dicens: ſurge uade tu & domus, & peregrinare ubicunq; reppereris

Vocabit enim dn̄s famem,& ueniet ſuper terram ſeptē annis:&ſiccitatem ſiue prohibitio
3.Reg.17 nem imbriū Helias prædixit & quodāmodo fecit,dicēs ad Achab: Viuit dn̄s deus Iſrahel
in cuius conſpectu ſto,ſi erit annis his ros & pluuia,niſi iuxta oris mei uerba.Cui uacabat in
terea ſaltē ſuſpicari q̄d caſu mala illa cōtingerent,uel dubitare an cœleſti iudicio ꝓuenirēt;
Adde ꝙ ijdem Prophetæ tanti nominis tantarū q̄ uirtutū,ſimul cū ſermone ꝓphetico cœle
ſtia ſigna dederūt,per quæ miſerabilis Iſrahel,niſi rationē om̄ino perdidiſſet,inſtrui poterat,
quod neq; uituli Hieroboam,neq; Baal, neq; portenta quæ pro dijs colebant, quicq̄ eſſent
aut ualerent,ſed ſolus eſſet deus qui eduxerat illos de Aegypto per Moſen & Aaron.Siqui
Helias octo, dem Helias,qui oratione orauit ut nō plueret,ſi numeres,octo præclara ſigna fecit.Heliſe
Heliſeus ſede us uero ſedecim,dupla ſuidelicet quantitate ſecundū poſtulationē qua poſtulauit dicēte He
cim miracl'a lia:Poſtula quod uis ut faciam tibi anteq̄ tollar à te,& dixit:Obſecro ut fiat duplex ſpiritus
ædidit. tuus in me.Quonam intendebat Heliſeus hoc poſtulans,niſi illo,ut per miraculorū efficaci
4.Reg.2 am erranti populo ueri dei declararet gloriam? Et tamen non rediſtis ad me dicit dominus
quia uidelicet per hęc om̄ia nō potuit effici,ut illorū uitulorū miſerabilis cultus ſaltem unius
regis tempore relinqueretur.Sequitur.⌊Percuſſi vos in vēto vrēte, ⁊ in aurugine mul
titudinem hortorum veſtrorum ⁊ vinearum veſtrarum, oliueta veſtra ⁊ ficeta ve
ſtra comedit eruca, ⁊ non rediſtis ad me dicit dominus.⌋Intemperantis erat luxuriæ
3.Regū.21. hortos multiplicare:maxime cum peccato ſiue ex iniquitate,ſicut fecit Achab,qui locutus
eſt Naboth & dixit:Da mihi uineā tuam,ut faciā mihi hortū holerū:& quia ille dare noluit,
occidit & poſſedit.Bene igit̃ in talibus percuſſit eos uento urente & aurigine & eruca come
dente, quia nō ſine magno dolore perire uiderent quæcunq; tali uel tanta ſibi inſtantia mul
tiplicauerant: ſed nō profuit eis adhibita correptio, non enim rediſtis ad me dicit dominus.
⌊Miſi in vos mortem in via Aegypti, percuſſi in gladio iuuenes veſtros vſq; ad
captiuitatem equorum veſtrorum, ⁊ aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtro
rum in nares veſtras, ⁊ non rediſtis ad me dicit dominus.⌋Per omnia flagella,& tor
menta eruditur Iſrahel.Vnde & eo tempore,quo ab Aegyptijs auxilia poſtulabant,mittit
in eos mors,& percutiuntur gladio iuuenes eorū, & equos, quos ſibi contra præceptum dei
Via Aegypti multiplicauerant,captiuitas ſæua cōcludit,ut putredo caſtrorū uiuentiū nares ipleat.¶Ve
euagatio mē tamen hæc uia Aegypti poteſt & altius intelligi,uidelicet quæ non ſit excurſus corporis ſed
tis. mentis,iuxta quod & in alio Propheta dominus dicit.Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti,
Hiere.2 ut bibas aquam turbidam? Eiuſmodi uiam Aegypti,quæ uidelicet(ut iam dictum eſt)non
Deut.17. corporis eſt,ſed mentis dn̄s per Moſen interdixit his uerbis: Non poteris alterius gentis ho
minem regē facere qui nō ſit frater tuus:Cūq; fuerit cōſtitutus, nō multiplicabit ſibi equos,
neq; reducet populū in Aegyptū equitatus numero ſubleuatus: præſertim cū dn̄s præcepe
rit uobis,ut nequaq̄ amplius per eandē uiā reuertamini. Nimirū ſtatim ut cōſtituerūt ſup ſe
regē Hieroboā filiū Nabath,ille eq̄tatus numero ſubleuatus(ſup plures em̄ q̄ domus Da
uid.i.ſup decē tribus regnauit)pp̄lm reduxit in Aegyptū,nō pedibus eūdo in Aegyptū,ſed
faciēdo uitulos aureos ſcd̄m morē Aegyptiū.¶Igit̃ & ubi dixit primo,ego dedi uobis ſtu
porē dentiū:& deide ubi dixit:ego q̄q; ꝓhibui à uobis imbrē,&cū dicit,ꝑcuſſi uos in uento
urēte,nō incōgrue ſubaudit̃,in uia Aegypti,quā hic tandē exp̄ſſit dicēdo, miſi in uos mortē
in uia Aegypti.i.ꝓpter uiā Aegypti,ꝓpter peccata Hieroboam q̄ peccare fecit Iſrahel,ut
eū ſimilē faceret Aegyptijs in colendis uitulis,ſicut iā dictū eſt ſcd̄m morē Aegypti. Etenī
ꝓpter cauſam illā mala oīa uenerūt ſup eos,quæ hic ſe feciſſe dn̄s cōmemorat,intētiōe cor
rigendi.Et nō rediſtis(inquit)ad me,nunq̄ em̄ uitulos eoſdē reliquerūt cuiuſlibet mali ſiue
afflictionis oppreſſi magnitudine.Sequit̃.⌊Subuerti vos ſicut ſubuertit deus Sodo
mam ⁊ Gomorrhā, ⁊ facti eſtis quaſi torris raptus de incendio, ⁊ non rediſtis ad
me dicit dominus.Quapropter hoc tibi faciam Iſrahel.⌋Ante illa Prophetæ huius
Subuerti, id tp̄a nihil tale illi populo euenerat,quale fuit illud q̄d Sodomā & Gomorrhā ſubuertit deus
eſt.ſubuertā. Ergo q̄uis p̄terito tp̄e dicat,ſubuerti uos,de futuro ītelligēdū ē,ac ſi dicat,ſubuertā uos.Hoc
em̄ ꝓphetis nō inuſitatū ē,ut p̄teriti tp̄is uerba nunciēt uēturas res.Nec uero dubiū,quin de
cem tribuū præuidens captiuitatē,Iudæ quoq; ſiue Hieroſolymæ p̄uiderit ſubuerſionē,præ
Infra.6. ſertim cum poſtmodum dicat ipſe. Væ qui opulenti eſtis in Syon, & confiditis in monte

Sama

Samariæ. Cum ergo dicat ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrhã ſimul,
& decem tribuũ captiuitatẽ & Iudæorꝝ prænunciat ſubuerſionẽ, quæ nimirꝝ magis q̃ decẽ
tribuũ captiuitas ſubuerſiõi Sodomæ & Gomorrhæ ſĩlis extitit: quia incendio ciuitas Hie-
ruſalẽ tam à Babyloniȷs q̃ à Romanis cõflagrata eſt. Et qm̃ ſubiũgit. Et facti eſtis quaſi tor
ris raptus de incendio & nõ rediȷſtis ad me, magis de ultĩa quã fecerũt Romani, q̃ de prima
p Babylonios facta, placet ĩtelligi ſubuerſiõe. Nã in illa Babylonica ſubuerſiõe nõ adeo cor
dis duri fuerĩt, ſed redierunt mente ad dominũ, ita ut per annos ſeptuaginta corpore mererẽ
tur redire in locum ſuũ: poſt iſtam uero quæ à Romanis facta eſt, in incredulitate & duritia
cordis perſiſtunt. ¶ Et quis nõ miretur q̃ congrua ſimilitudine deuorati ſunt? Facti eſtis (in- Sicut torris raptus de incendio.
quit) quaſi torris raptus de incendio. Etenĩ ſicut torris de incendio raptus, manifeſto ſigno
demonſtrat id quod eſt, ſcilicet de incendio ſe eſſe raptũ, neq; dubitari aut diſſimulari poteſt
quin arſerit: ita Iudæi ducti in om̃es gentes captiui, nõ ſinit eos obliuiſci, qualiter uel quã ob
cauſam deus illos ſubuerterit. ¶ Nec mirum aut ĩiuſtũ, ꝙ ſicut Sodoma & Gomorrha ſunt Maior Iudeę q̃ Sodomæ iniquitas.
ſubuerſi: quia uidelicet iniquitas eorꝝ peccato Sodomæ & Gomorrhæ maior extitit, teſtãte
Hieremia cum dicit. Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorꝝ quæ Thren. 4
ſubuerſa eſt in momento. Nam ꝙ uere maior effecta ſit iniquitas Iudæorꝝ q̃ Sodomæ pec-
catũ probat ſubiungendo, & nõ cœperũt in ea manus. Quid enĩ eſt q̊d dicit, & nõ cœperũt Gene. 19.
in ea manus? Legimus, quod in ea, dum apud Loth iuſtũ hoſpitaretur dñs, uallauerunt do-
mum à puero uſq; ad ſenem om̃is populus ſimul, & dixerunt. Educ huc uiros, ut cognoſca
mus eos. Magna iniquitas; ſed nõ cœperũt in ea manus. i. nõ uſq; ad effectũ operis progreſ-
ſum eſt. Iniquitas aũt Iudæorũ quo uſq; progreſſa eſt? Cum hoſpitaret̃ in Hierl̃m, & paſcha
celebraſſet dñs, uallauerũt eũ exeuntes cũ gladiȷs & fuſtibus, & cœperunt in ea manus, ui-
delicet eũ quẽ in Sodoma nõ cœperũt manus: cœperũt (inquã) cõprehenderunt, illuſerunt,
flagellauerũt, occiderũt. Igit̃ iure ſicut Sodoma ſubuerſi ſunt: niſi ꝙ pars eorũ, quaſi torris ra
ptus de incẽdio, ſupfuit, q̊d in eo ualet ut celebrior per totũ orbẽ ſit memoria Chriſti, maxi-
me ex monimẽto cõbuſtionis eiuſmodi, cunctis cõmendata populis, iuxta illũ iam ſuperius
memoratũ uerſiculũ pſalmi: Deus oñdit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos, ne quãdo Pſal. 58.
obliuiſcant̃ populi mei. Diſperge illos in uirtute tua. ¶ Quod deinde ſubiũgit quapropter
hoc faciã tibi Iſrahel, eiuſdẽ tãtæ ſubuerſiõis arbitramur eſſe cõminationẽ, & idcirco utroq;
illã tpe uidelicet præterito & futuro denũciari: quia nimirũ iam tunc quidẽ factũ uel fixum
erat in ꝓpoſito dei: in re aũt nondũ factũ ſed lõge poſt erat futurũ, eo ꝙ perſeuerarẽt in ma-
lis, ſicut totiẽs iã ĩproperauit, ſcilicet per uices quinq;, dicendo: & non rediſtis ad me. Sequit̃
[ Poſtq̃ autem hęc fecero tibi, pręparare in occurſum dei tui Iſrabel, quia ecce
formans montes, et creans ventum, ⁊ annuncians homini eloquium ſuum, faciẽs
matutinã nebulã ⁊ gradiens ſuper excelſa terrę, dñs deus exercituũ nomen eius ]
Notãdũ in primis, & uigilãter intuẽdũ, ꝙ cũ hactenus ad pluralẽ nũerꝝ ſermo factus ſit. dicẽ
do: Et ego dedi uobis ſtuporẽ dẽtiũ, & nõ eſtis reuerſi ad me. ego q̃q; ꝓhibui a uob̃ imbrẽ &
nõ rediſtis ad me: miſi ĩ uos mortẽ in uia Aegypti, & nõ rediſtis ad me: ſubuerti uos ſicut ſub
uertit deꝰ Sodomã & Gomorrhã, & nõ rediſtis ad me: Nũc ubi magnæ grãæ magnã cõſola
tionẽ ꝓmittit uocẽ ſuã q̊dãmõ mutat, ita ut omiſſo plĩ nũero, ad ſingularẽ ſermo fiat, dicẽdo: Apoc. 3
Quapropter hæc faciã tibi, poſtq̃ hæc fecero tibi, ꝑparare ĩ occurſũ dei tui Iſrahel. ¶ Oſtiũ Duplex Iſrahel
nobis apiente illo, q habet clauim Dauid, primũ illud ſentimus, q̃d pñti loco p ſingularẽ nu-
merũ Iſrahel ab illis plĩs numeri filiȷs ſuis totiens ꝑcuſſis, & taliter ſubuerſis, & nõ reuerſis ad
Dñm, tantũ differt quantũ bonæ oliuę radix a ramis ſuis, ramis reprobis, ramis p increduli-
tatem fractis, ſicut Aplũs dicit. Oportebat aũt fractis naturalibus ramis, ramos oleaſtri ſan- Rom. 11
ctæ & bonæ radici eiusdem oliuæ inſeri uſq; ad plenitudinem numeri electorum, id eſt, eo-
rum qui ad uitam ſunt præordinati, quod & factum eſt & fit. Vnde idem Apoſtolus uni-
cuique noſtrum qui ex gentilitate uenimus dicit. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu au-
tem, cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, no
li gloriari aduerſus ramos. Quòd ſi gloriaris, non tu radicẽ p. ſ. r. te. &c. Igitur q̃d ait quapro
pter hæc faciã tibi Iſrahel. ſeueritatis eſt dei prædicentis, q̃d ramos nr̃es propter incredulita
tẽ frãgere dẽat. q̃d uero ſubiũgit: Poſtq̃ aũt hęc fecero tibi, ꝑpare in occurſum dei tui Iſrael.

bonitatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonitatis eſt eiuſdẽ dei, promittentis illi bonæ oliuæ .ſ. Iſraheli, qui per fidem meruit ut eſſet
hæres mundi, ꝙ oleaſtrũ inſerere debeat eius radici, tanto bonoꝶ prouẽtu ramoꝶ qui inſe
runt, ut nullum ſentiat damnũ de naturalibus ramis ſuis, qui fracti ſunt. Præparare ergo (in
quit) in occurſum dei tui .i. in tua fide ſuſcipe aduentum Chriſti filij dei, dei tui, ſaluatoris tui.
Aduentus Chriſti. ¶ Et quaſi quæreret Iſrahel, ad quid ſibi dictũ ſit, in occurſum dei tui, ſubiungit & dicit: Quia
ecce formans montes, & creans uentũ, & annuncians homini eloquiũ ſuũ, faciẽs matutinã
nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ, dñs deus exercituum nomen eius. Idcirco dixi, p̃
parare in occurſum dei tui: quia ecce ſubaudit, uenit: quia in proximo eſt talis ac tantus, qua
lem & quantũ iſta deſcriptio mirabilis poſtulat intelligi: quẽ cum ſuſceperis præparatus in
paucis, occurrẽs in Apoſtolis, radicem tuã aperiet ferro uel ſarculo uerbi euangelici, de qua
fracti ſunt tot naturales rami, & damna tua reſtituet ſcd̃m admirandã elocutionẽ eius, quæ
ex uerbis præſentibus intelligenda eſt, propheticæ ueritatis. ¶ Primo illud clare uidendum,
Chriſtus uere deus. & cum amore ſuſcipiendum, firmiterq; tenendũ eſt, quia cum perſona altera de altera loqui
tur, & ipſe qui loquitur eſt dñs: & illum de quo loquitur, commẽdãs dicit, dñs deus exer
cituum nomẽ eius. Quid aliud optaremus, niſi ut dei filium Ieſum Chriſtũ, æque ut patrem
eius deum eſſe dñm deum exercituum, ſpiritus ſanctus per os prophetaꝶ teſtificaret. Res
nimiꝶ quæ prædicant, congruunt tanto nomini eius, nec eñ alius poteſt eas facere, niſi qui
Formãs montes. ſit dñs deus. Formans (inquit) montes. Poterat dicere, formans lucem & extendens cœlos,
ſiue fundans terram, & effundens maria: nam de filio prædicari hæc æque ut de patre uerũ
eſt: ſed magis ad rem præſentẽ pertinuit ut diceret, formans montes. Quare? Videlicet quia
de Sodoma ſermo cœptus eſt, dicendo: ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomor
Gen. 19 ram. Legimus aũt, ubi Sodoma ſubuerſa eſt, dixiſſe dñm ad Loth. Salua animã tuã, noli re
ſpicere poſt tergum, ne ſtes in omi circa regione, ſed in monte ſaluũ te fac, ne & tu ſimul pe
reas. Dixit quoq; Loth. Quæſo dñe mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiã corã te, & magnifica
ſti miſericordiam tuam quã feciſti mecũ ut ſaluares aĩam meã, nec poſſum in monte ſaluari,
ne apprehendat me malum & moriar. Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quã poſſum fugere, parua, et
ſaluabor in ea. Igit̃ ad illam ſcripturam nos mitti arbitramur, dum in iſta, poſtq̃ dictũ eſt ſub
uerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorrã, ſubiungitur: Præparare in occurſum
dei tui Iſrahel, quia ecce formans montes: Nimiꝶ qui illic dixit, in monte ſaluum te fac, ipſe
hic dicitur formans montes, cũ dicit de illo pater: Ecce formans montes. Subuertẽs nãq; gẽ
tem illam Iudaicã ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorrã, formauit euangelicæ perfe
ctionis mõtes: & dixit Loth .i. homini declinanti à malo (Loth eñ interpretat̃ declinatio) &
dixit (inquã) homini uolẽti declinare à malo Sodomæ & Gomorræ, in mõte ſaluũ te fac .i.
fruere pfectõe euãgelica, ita ut ne ſaltẽ uxorẽ quæras. Et ille quidẽ in illoꝶ pſona qui infirmi
ſunt, myſtica nobis uerba formauit dicẽs: nec poſſum in mõte ſaluari, q̃d eſt à nobis dici, non
1. Cor. 7 poſſumus euãgelica pfectiõe frui, ne forte uramur, & melius eſt nubere q̃ uri. Veruntñ mul
ti aſcenderũt in mõtes illos, quos iſte dñs formauit .i. apprehenderũt ꝓpoſitum euangelicæ
& apl̃icæ perfectiõis, uidelicet neq; nubentes, neq; uſti: ſed in propoſito uirginali, ita uiuẽtes
Montes quos Chriſtus format ſicut angeli dei. Mons primus & maximus oĩm montiũ, quos in aduentu ſuo formauit iſte
dominus deus exercituũ: beata eſt uirgo Maria, de cuius carne carnem aſſumpſit Chriſtus
dei filius abſq; opere coniugali, ſecundum uiſionem propheticam qua uiſum eſt, ꝙ abſciſus
Danie. 2. eſſet lapis de monte ſine manibus, & comminueret omne regnum mundi. Et quidem mira
bile eſt, ꝙ formauerit montem de quo ipſe tanq̃ lapis abſcideretur: ſed nihilominus miran
Pſal. 86. dum eſt, ꝙ de illa ſancta ciuitate Syon cœleſti alia ſcriptura dicit: Et homo natus eſt in ea, &
ipſe fundauit eam altiſſimus. Poſt iſtum montem & alios montes in aduentu ſuo formauit
idem dominus deus exercituum .ſ. Apoſtolos ſuos, quoꝶ ad perfectionem quicũq; efficaci
ter tendit, ſubuerſionis, qua illã Sodomã .i. perfidiã Iudaicã ſubuerſam eſſe conſtat, periculũ
magnifice euadit, ſimulq; & ſecurus ẽ à tribulatõe carnis, magnũ hñs refrigeriũ, q̃d pſenti lo
co ſignificat̃, dũ p̃miſſo: ecce formãs mõtes, ſubiũgit̃, & creãs uentũ. Quid eñ per uentũ lo
co præſenti delectabilius placet intelligi, quam bonã temperiẽ carnis continentis uelut auram
Hæreſis contra ſpiritum ſanctum. dulciter ſpirantem in illis montibus ſanctis. Hæretici ex hoc loco creaturã eſſe argumentati
ſunt ſpiritũ ſanctũ, uidelicet propterea quia uerbum רוח Hebraicũ, latine interpretat̃ ſpũs.
Atq;

At uero & uentus & ſpiritus eodem uerbo appellatur, ait beatus Hieronymus. Cum ergo
eſſent peruerſæ intentionis, neq; uentũ neq; ſaltem ſpiritũ hominis, ſed ſpiritũ ſanctũ uolue-
runt intelligi tam paruo tãq; fragili inſtrumẽto tam magnam roborare uolentes impietatẽ,
ꝙ ſpiritus ſanctus creatura ſit. Quapropter placet magis caſtæ fidei talis tranſlatio uerbi p̄di
cti, & creans uentũ, q̃ & creans ſpm̃. Licet legendo ſpiritũ poſſemus & deberemus nequaq̃
ſpiritũ ſanctũ, ſed ſpiritũ intelligere uel hoĩs uel quorũlibet animãtiũ, aut certe nihilominus
uentũ iuxta illud: Ignis, & grando, nix, glacies, ſpũs procellaꝝ. Pulchre igiť poſt Sodomoꝝ Pſa. 148.
ſubuerſionẽ atq; incendiũ, ꝙ qui euadere cupit dicit illi, in monte ſaluũ te fac. Et creans uen- Ventus refri
tum, id eſt, inſtruens ſummos euangelicæ prædicatõis uiros, & caſto illoꝝ propoſito dulce geriũ contra
præſtans refrigeriũ, ut ne ſaltem moleſte incaleſcant aliq̃n carnis ardore, uſq; ad tentationis tentationes
impatiẽtiam. Montes iſti nimirũ ſancti & pulchri ſunt, & poſſunt ſuis meritis his q̃ tentanť
auxiliari. Quapropter & Pſalmiſta dicit: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxili Pſal. 120.
um mihi. Et quia poſſe hæc nõ à ſemetipſis habent, ſed à domino, continuo ſubiungit: Au-
xilium meum à domino. Montibus iſtis, id eſt, ſanctis Apoſtolis & cuilibet homini, qui ſe-
cundum illorũ exemplũ tendẽs ad perfectionẽ. Dignũ eſt, accipere uentũ roris flantẽ, ſiue Dani. 3.
contra Babylonicã fornacẽ, ſiue cõtra ardentẽ Sodomiticũ ſulphurẽ, familiarius reuelari ſo
let illud, quod eſt in ſanctis ſcripturis occultum, ſicut de illis Euangeliſta narrat: quia tũc ape Luc. 24.
ruit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. ¶ Bene ergo, cum dixiſſet: formans mõtes, & cre
ans uentos, ſubiunxit: & annuncians homini eloquium ſuũ. Idem em̃ eſt, ac ſi dicat: Et ipſe Apoc. 3
eſt ſanctus & uerus, q̃ habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo ape
rit, & cui uult aperit ſenſum ut intelligat archana ſcripturarũ. Cui aũt angelorũ uel hominũ Annuncians
cui (inquã) præter ſolũ & uerũ deũ prædicatio iſta cõuenit, annũciãs homini eloquiũ ſuum? eloquiũ ſuũ
Deniq; & angelus ſanctus & hõ ſanctus eloquiũ ſæpe annũciauit, nunq̃ aũt eloquiũ ſuum,
ſed tm̃ eloquiũ dei annũciauit aut annũciare debuit. Nam oẽs quotquot uenerũt, annũcian Ioh. 10
do eloquiũ ſuũ, fures ſunt & latrones: & idcirco nõ audierũt eos oues, neq; audire debuerũt,
utpote à ſemetipſis loquẽtes, de cordibus ſuis ꝓphetãtes. Illũ qui eiuſmodi eſt, contẽni & nõ
timeri, imò & interfici ſacra lex iubet. Propheta (inquit) q̃ arrogãtia deprauatus, uoluerit lo- Deut. 18.
qui in noĩe meo, quæ ego nõ præcepi illi ut diceret, aut in noĩe deorũ alienorũ, interficieť. Itẽ
q̃d in noĩe dñi Propheta ille p̄dixerit, & nõ euenerit, hæc dñs nõ locutus eſt, ſed ꝑ tumorem
animi ſui ꝓpheta cõfinxit, & idcirco nõ timebis eũ. De tali mõ ſuum eloquiũ annũciãdi uel
ſermonẽ ſuũ faciẽdi, dñs ipſe apud calũniatores ſuos excuſat ſe, cũ dicit: Mea doctrina non Iohan. 7
eſt mea, ſed eius q̃ miſit me. Quid eſt em̃, mea doctrina nõ eſt mea, niſi ac ſi diceret, nõ eſt, ſi-
cut uos exiſtimare uultis, à meipſo cõficta, & nulla rerũ ueritate ſubnixa? Subiũgit em̃, & di-
cit: Si quis uoluerit uoluntatẽ eius facere, cognoſcet de doctrina, utrũ ex deo ſit, an ego à me
ipſo loquar. Itẽ diſcipulis ſuis dicit: Et ſermonẽ quẽ audiſtis nõ eſt meus, ſed eius q̃ miſit me Iohã. 14
patris. Igiť cũ dicit: Et annunciãs homini eloquiũ ſuũ: magnã paucis ſyllabis authoritatẽ di-
uinitatis eius aſtruit: quia ſolus eſt deus qui ſuũ eloquiũ annũciando uerax ſit. ¶ Cum autem Faciens ma-
annũciaturus eſt, magnã plerũq; præire ſinit ignorantiã, ut poſtq̃ annũciauerit, ſciat quicũq; tutinam ne-
ille cui annũciauit: quia nihil habet q̃d nõ acceperit. Vnde cũ dixiſſet: Et annunciãs homini bulam.
eloquiũ ſuũ. Pulchre ſubiũxit, faciẽs matutinã nebulã. Exempli gr̃a: Huic Amos priuſq̃ an
nũciaret eloquiũ ſuũ, matutinam fecerat nebulam, id eſt, prius paſtorẽ ruſticũ q̃ illuſtrẽ fe- Matth. 15
cit Prophetã. Item & Apoſtolos prius permiſit obcæcatũ cor habere, ita ut diceret illis. Ad-
huc & uos ſine intellectu eſtis, quomodo nondũ intelligitis, quẽ ſenſum aperiret eis, ut intel-
ligerent ſcripturas. Hoc uere magnum eſt, & in laudem ſapientiæ eius, hic decuit comme-
morari: ꝙ illis, quibus annunciando eloquium ſuũ propoſuit oſtendere clarũ ſcientiæ ſolẽ,
prius obducit uel obduci permittit hebetudinem cordis & ignorantiã quaſi matutinã nebu-
lam, ut cũ depulſa nebula ſolẽ uiderint, nõ glorientur quaſi nõ acceperint. ¶ Quod deinde
ſubiungit: Et gradiens ſuper excelſa terræ, licet in bonam partem poſſit intelligi, ꝙ ſcilicet,
iſta excelſa ſint montes, quos ipſe (ſicut iam dictum eſt) formauit: tamen quia non dixit: Et
habitans in excelſis, ſed gradiens ſuper excelſa terræ, & excelſa ſæpius in malo intelligunť
(ſolus enim deus uere dicitur & eſt excelſus) poſſumus hic intelligere irã, quæ cõſequuta eſt
Hier̃lm terrenã generationẽ excelſam, ꝓ eo ꝙ annũciatũ ſibi iam dictũ dñi non recepit, ſed

reppu

Michę.j reppulit eloquium. Deniq; & alius Propheta dicit: Quod ſcelus Iacob? nonne Samariæ? &
quæ excelſa Iudæ? nonne Hieruſalem? Super hæc excelſa gradiens. Dicitur dominus ſiue
Exo.33. aſcendẽs, ſcilicet ad delendum ea, ſicut dixit ad Moſen: Loquere filijs Iſrahel: Populus du
ræ ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Hoc deniq; tunc factum eſt, quan
do uenit deſolatio eiuſdem populi circumuallãtibus Romanis, quam & ipſe dominus præ
Luc.21. uidens. Erit enim (inquit) preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Vnde cum di
xiſſet: & gradiens ſuper excelſa terræ, miro modo ſubiunxit, dominus deus exercituum no
men eius. Nam uere iſte eſt dominus deus exercituũ, cui non ſolum in cœlo ſcientes famu
lantur legiones angelorum, ſed etiam in terra neſciẽtes eum ſeruierunt exercitus Romano
rum, & uindicauerunt ſanguinem ipſius & ſanguinem prophetarum eius, omnemq; ſangui
nem iuſtũ qui effuſus eſt ſup terrã, à ſanguind Abel iuſti ſicut prædixerat ipſe dñs. Sequi
L **Audite verbum iſtud quod ego leuo ſuper vos planctum domus Iſrabel. Ceci
dit, non adiiciet vt reſurgat, virgo Iſrabel proiecta eſt in terra ſua. non eſt qui ſuſci
tet eã.** ⌋ Miro mõ, ubi præmiſerat, & gradiens ſuper excelſa terræ, dominus deus exerciti
nomen eius: uerba ipſius annunciantis homini eloquium ſuũ, cum grandi exclamatione p
nunciat. Audite (inquiẽs) uerbum iſtud quod ego leuo ſuper uos planctum domus Iſrahel.
Planctus domini ſup Hieruſalem. ¶ Nonne ſic habemus in euangelio, ꝙ iſte dominus annuncians eloquium ſuum, & nõ au
ditus, leuauit planctum, prædicendo futuꝝ, ut ad ſubuerſionem illoꝝ mitteret Romanum
exercitum: leuauit (inquam) planctum. Hieruſalem, Hieruſalem (inquiens) quæ occidis p
Mat.23 phetas, & lapidas eos qui ad te ſunt miſſi, ſubiungens. Ecce relinquetur domus ueſtra de
ta? Nonne planctus erat ſuper eos in altum eleuatus, cum totiens diceret ibidem: Væ uob
ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: uæ uobis qu
comeditis domos uiduaꝝ: uæ uobis qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſely
& cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam uos: uæ uobis qui dicitis, qu
cũq; iurauerit per templum nihil eſt, qui autẽ iurauerit in auro templi, debet: uę uobis qui
cimatis mentam & auꝝ & cyminũ: uæ uobis qui mundatis quod deforis eſt calicis & par
pſidis: uæ uobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis: uæ uobis qui ædificatis ſepulchra pro
phetaꝝ & ornatis monumenta iuſtoꝝ. Vere planctus eſt magnus, & quod maius eſt, non ſi
ne lachrymis. Nam ſicut alius Euãgeliſta narrat: Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dice
Luc.19 Quia ſi cognouiſſes, & tu. Igitur ꝙ nunc dicit. Audite uerbum iſtud quod ego leuo ſuper
uos planctum domus Iſrahel. Verba eſſe domini recte intelligimus formantis montes (u
ſupra dictum eſt) & creantis uentum, & annunciantis homini eloquium ſuum, facientis ma
tutinam nebulam, & gradientis ſuper excelſa terræ: quia cauſam, cur leuet planctum ſuper
Matth.23. domũ Iſrahel, plangendo ipſe in euangelio declamans. Ecce (inquiens) relinquetur uobis do
mus uřa deſerta. Etem̃ ꝙ ait: Cecidit nõ adijciet ut reſurgat uirgo Iſrahel. Proiecta ẽ in terra
ſuã nõ eſt q ſuſcitet eã. De naturalibus ramis oliuæ intelligẽdũ ẽ, q (ut ſupra meminimus c
Rom 11 Apoſtolo) propter incredulitatem fracti ſunt, nec inſeri poſſunt, nec enim eſt qui proiecta
in terrã ſuſcitare poſſit, ſicut Apoſtoli experti ſunt, hic iã ſubaudiendũ eſt illud, quod radi
bonæ dictum eſſe ſupra tractauimus. Tu tamen pręparare in occurſum dei tui Iſrahel, ut ſe
cundum ſenſum cõtinuet litera, quæ protinus ſequit. L **Quia hęc dicit dominus deus
Vrbs de qua egrediebãtur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebã
tur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrabel.** ⌋ Magna iſta cõſolatio eſt fi
deli Iſraheli bonæ radici, quæ in fractura uel exciſione ramoꝝ naturaliũ grande damnũ pa
lit, ne propter hæc triſtitia magna & cõtinuus dolor ſit cordi eius: quia inſerentur alij, dño d
cente ſic, urbs de qua egrediebantur mille, relinquent in ea centũ: & de qua egrediebant cẽ
In Sodomis ne decem qui dẽ boni ſunt inuenti. relinquẽt in ea decẽ in domo Iſrahel. ¶ Q̃d ut poſſit utiliter intelligi, meminiſſe oportet q ſu
pra dixit: ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrã, & ſcire, quia ſicut carnalis
dom⁹ Iſrahel filis Sodomę in dãnatõe facta ẽ, ſic ecõtrario plenitudo gẽtiũ (q̃ Sodoma era
ſpũalr domus Iſrl effecta ẽ. Simulq; memoriter recolẽdũ: qa in Sodomis nõ ſunt relicti ſaltẽ
Gen.18, decẽ iuſti, ,ppter quos dimiſiſſet dñs omĩ loco, & nõ deleuiſſet eos. Sic em̃ Abrahã loquens
ad dñm & incipiens à quinquaginta. numeꝝq; paulatim decerpẽs atq; diminuẽs, tandẽ fini
uit. Obſecro (inquit) ne iraſcaris dñe, ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decẽ
Ait.

Ait. Non delebo ꝓpter decẽ. Hoc animaduerſo, iã nunc dixit, ſubuerti uos ſicut ſubuertit
deus Sodomã & Gomorrã: ſimul intendiſſe illũ nõ dubitemus, ut diceret illã aũt, quæ So-
doma fuerat, ſcilicet eccleſiã de gẽtibus, nõ ſubuertã. Quã ob cauſam? Videlicet ꝓpter an
tiquã ſententiã. Debeo em̃ fidelis eſſe amico meo fideli Abrahæ, ut ubicũq; inuenero de-
cẽ iuſtos, nõ deleã ciuitatẽ propter eos. Ecce aũt non ſolũ decẽ in eccleſia gẽtiũ iuſtos inue
niã, uerũ etiã centũ unde prius egrediebãtur mille, id ẽ unde nullus ante relinquebatur, ſed
abibant omnes in uias ſuas, ſine deo, alieni à ſalute, qui uidelicet om̃es intelligũtur p mille.
Millenario nãq; nũero uniuerſitas ſignificari ſolet, ut illic. Memor fuit in ſeculũ teſtamẽti
ſui, uerbi quod mãdauit in mille generationes. Porrò centenario & denario nũero pfectio
ſignificari ſolet, ut illic. Centuplũ accipiet. Et in libro Machabæoꝝ legimus. Iudas autem
Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertũ locũ. Decimus nãq;, id eſt, in pater-
na decẽ pceptorũ lege perfectus. Tales utiq; ſcilicet centeſimi et decimi, id eſt perfecti, in
urbe uel eccleſia gẽtiũ relinquẽt, unde prius mille egrediebãtur, id ẽ uniuerſi cõdemnabã-
tur: & propter eos qui perfecti erũt, cæteri peccatores qdẽ, ſed pœnitẽtes, in die iuditij ſer-
uabũtur, & relinquentur in domo Iſrahel, uelut oleaſtri in bonã oliuã inſerti pro naturalib⁹
ramis, qui fracti ſunt. Quãtitate qdẽ plus eſt in centũ de mille q̃ in decẽ relinquẽdis de cen
tũ: ſed ratione æqualitas in utroq; eſt, qa uidelicet ſicut cẽtenus milleni, ita decenus cẽteni,
decima pars eſt. ¶ Bene aũt per decimã ſanctificatio iuſtitiæ ſiue iuſtoꝝ intelligitur, quia ni
mirũ ex decreto legis, rerũ omniũ decimatio, pars dñi eſt. Eadem q̃ preſenti loco dicimus,
ſiue intelligimus, ex alterius ꝓphetę, ſcilicet Eſaia lectione cõprobãtur. Cum em̃ dixiſſet,
excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis
ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & cõuertat, et ſanẽ eum: uſq; quo dñe, do
nec deſolẽtur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine homine, & terra derelinquet deſer-
ta. Quibus utiq; uerbis frangẽdos eſſe ramos naturales (de qbus iã diximus) ſignificabat, cõ
tinuo ſubiũxit. Et multiplicabit quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc erit in ea de-
cimatio, & cõuertetur, et erit in oſtenſionẽ ſicut Therebinthus. & ſicut quercus, quæ extẽ-
dit ramos ſuos. Semen ſanctũ erit id q̃d ſteterit in ea. Nimiꝝ eadem in iſto & in illo iuſtorũ
ſanctificatio ſiue multiplicatio ſub ſacramẽto decimationis (quæ pars dñi ſiue altaris eius le
gitima eſt) recte intelligitur. Et pulchre Iſraheli bonæ radici inſerendorũ multiplicitas ra-
morũ de cũctis gẽtibus, tanq̃ ex oleaſtro, ſub noie decimationis repromittitur: quia uideli-
cet ille primus decimas rerũ ſuarũ deo uouiſſe legit. Si fuerit dñs mecũ (ait) & cuſtodierit
me in uia per quã ambulo, & dederit mihi panẽ ad ueſcendũ, & ueſtimẽtũ ad induendũ, re-
uerſusq; fuero proſpere in domũ patris mei, erit mihi dñs in deũ, & lapis iſte, quem erexi in
titulũ, uocabitur domus dei: cũctorũq;, quę dederis mihi, decimas offerã tibi. Pulchra ui-
ciſſitudo, pulchra recõpenſatio, Iſrahel in domo dei decimas gentiũ ſe relicturũ promittit.
Cũ em̃ dixiſſet, urbs de qua egrediebãtur mille, relinquẽtur in ea decem, addidit, in domo
Iſrahel. Profecto qui tantas illi ſalutis ſiue ſaluãdoꝝ copias deſtinabat, nõ uane ſic pręmiſit
& ſic p̃locutus eſt, preparate in occurſum dei tui Iſrahel. Sequitur. ⌊Quia hęc dicit do
minus domui Iſrabel, quęrite me & viuetis, & nolite quęrere Bethel, & in Galga-
la nolite intrare, & in Berſabeę nõ trãſibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Be
thel erit inutilis. Quęrite dominum & viuite, ne forte cõburatur vt ignis domus
Joſeph, & deuorabit & nõ erit qui extinguat Bethel.⌋ Locus iſte per coniũctionẽ: q̃
ſic incipit, quia hæc dicit dñs domui Iſrahel: ad ſuperiora nos remittit, ubi ſic dictũ ẽ ex p-
ſona dñi. Venite ad Bethel & impie agite, ad Galgala, & multiplicate p̃uaricationem &c.
quę ita finiuit. Sic em̃ uoluiſtis filij Iſrahel. Eſt em̃ ſenſus. Dixi uobis ſuperius, quaſi uerbo
adhortãtis. Venite ad Bethel, & impie agite: ſed nõ eſt hoc adhortãtis ſiue uolentis, imò in-
dignãtis & odientis, quia ſi uoluntas queritur domini, hæc potius vult, et hæc pro uolũtate
ſua dicit. Nolite quærere in Bethel, & in Galgala nolite intrare. Ibi quærẽtes nõ utiq; uiue-
tis, ſed potius moriemini: qa uidelicet nõ ibi ſum ego deus uiuus et uiuificãs, ſed ibi ẽ aureus
uitulus, nõ dico mortuus, nec em̃ aliqñ fuit uiuus, ſiue animatus: ſed dico ubi eſt uitulus uẽ
deus ueſter, neq; mortuus, neq; uiuus, ſed tamẽ mortificãs, quia qui querũt illũ, moriuntur
Nolite ergo quęrere Bethel, & in Galgala nolite intrare, qui eſt locus Idolatriæ, & in Ber

Myſteriũ in nũeris. mille. & decẽ.
EPhe.2.
Pſal.104.
Matth.19.
2.Macha.5.

Decima pars domini.
Leui.27.
Eſa.6.

Iacob deo primus decimas vouit.
Gene.28.

Supra.4.

ſabee nõ tranſibitis,ubi ꝑtinaci errore Idola adorare cõſueuiſtis¶ Notandũ deinde ꝙ cum
dicit,quia Galgala captiua ducet.& Bethel erit inutilis: de Berſabee tacet, ꝗa uidelicet ui
ctis decẽ tribubus urbs noĩe Berſabee, quæ erat in Tribu Iuda, illo tẽpore neq; capta neq;
deſtructa eſt. Hæc dño dicente,ſtatim ſuã ꝓpheta per propriã ꝑſonã,pro bona uoluntate
adhortationẽ ſubiũgit,querite (inquiẽs)dñm & uiuite,ne forte ſuccẽdatur ut ignis domus
Ioſeph:quã propter Hieroboam,qui de tribu Effraim,et de domo fuit Ioſeph, decẽ tribus
Domus Ioſeph. ſentire debemus,q̃ appellabant Iſrahel , & ex maiore populi parte nomẽ priſtinũ poſſide
bant. Duæ aũt tribus,quæ regebãtur à ſtirpe Dauid,qui de tribu Iuda fuit,uocatæ ſunt Iu
das,& poſſidebãt Hieruſalem,in qua erat templũ dei. Cũq; ſuccenſa fuerit domus Ioſeph
deuorabit atq; cõſumet Bethel, & nõ erit qui extinguat, cum à regibus ſuis fuerit ſucceſa.
¶ Hæc omnia ſic dicta ſunt, ut cũ in ſuperficie literæ, uel uocis ꝓpheticæ tẽporis tũc inſtã
tis captiuitatẽ denũtient,qua decẽ tribus in Aſſyrios poſtmodũ transferẽdæ erãt:nihilomi
nus ſubtiliter inſpecta Iudęorũ captiuitate, quæ nũc uſq; diſperſa manet, cõueniãt. Quod
ut intellectui planius fiat, prius dicendũ, ꝗa Bethel domus dei, Galgala uolutabrũ, Berſa
bee puteus iuramẽti interp̄tatur. Quis aũt illã neſciat quondã domũ dei, de qua uane glori
Hiere.7. abãtur Iudæi cõfidentes uerbis mẽdatij & dicentes,templũ dñi, templũ dñi, tẽplũ dñi eſt.
Porrò uolutabrũ illorũ,cerimoniæ carnales erant,imó ſunt,ex quo Chriſtũ crucifixerunt
Phil.3. uolutabrũ inq̃ ,ita ut Aplus pro detrimẽto illos habeat, & arbitretur ut ſtercora, nõ ſine au
Malach.2. toritate ꝓphetica. Nã in Malachia. Ecce ego(inquit dñs)proijciã uobis brachiũ,et diſper
gã ſup vultũ ueſtrũ ſtercus ſolẽnitatũ ueſtrarũ. Puteus aũt iuramẽti erat illis ꝓfunda cupi
ditas auri et argenti, & in tantũ puteus iuramenti, ut iuramẽtũ in auro nimie p̄ferrẽt iuramẽ
Mat. 23 to quod iuratũ eſſet in altari,ſiue in tẽplo,unde dñs. Væ uobis(inquit)duces cæci qui dici
tis quicũq; iurauerit per tẽplũ,nihil eſt: qui aũt iurauerit in dono qđ eſt ſup illud,debet. Igi
tur q̃rite me & uiuetis(ait Chrũs qui uere uita eſt) & nolite querere in Bethel, id eſt, in illa
Iohan.2 domo dei quæ cũ debuiſſet eſſe domus orationis,facta eſt ſpelunca latronũ: quia ſicut per
Hiere.12. ꝓphetã p̄dixerã. Reliqui domũ meã, dimiſi hęreditatẽ meã, facta eſt mihi hęreditatio mea
quaſi ſpelũca hyenæ. Nolite me q̃rere illic, ꝗa ſum ibi, ex quo uolentibus illis me lapidare,
Iohan.8 abſcondi me & exiui de tẽplo. Et in Galgala nolite intrare, id ẽ, uolutabrũ ueterũ cerimoni
arũ cõtemnite, & habete iã pro ſtercore, ut ne ſaltẽ circũcidamini illa carnis circũciſione, q̃
Ioſue populũ circũcidit in Galgalis: ꝗa ſi circũcidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et
Gala.5. in Berſabee, nõ trãſibitis, id ẽ, auaritię phariſaicæ ꝓfunditatẽ, quã periuria cõſequũtur, nõ
ſectabimini. Talia p̄dicãtibus Aplis Chriſti poſt paſſionẽ eius, quẽ illi audire noluerũt, fu
turũ erat q̊d ſequitur, ꝗa Galgala captiua ducetur, et Bethel erit inutilis: ſimulq; et qđ ſub
iũgitur, q̃rite dñm et uiuite ,ne forte cõburatur, ut ignis domus Ioſeph, et deuorabit, et non
erit qui extinguat Bethel: Illa nãq; Bethel, quæ debuit eſſe domus dei ſiue Chriſti, cuius ty
pũ tenuit Ioſeph, nõ ſolũ inutilis facta, uerũ etiã ꝓpter inutilitatẽ igni cõbuſta eſt, et deuo
rauit eã ignis, et nõ fuit qui extingueret, quin etiã inuiſibiliter quoq; nũc ardet uſq; ad infer
Deut.32. ni nouiſſima, ignis qui in furore dñi ſuccẽſus eſt, et illa iã nõ uere Iudæa, ſed Galgala ſupra
dicto modo dicẽda, in oẽs gẽtes captiua ducta eſt. Sequitur. ⌊Qui cõuertitis in abſyn
thiũ iuditiũ, ⁊ iuſtitiã relinquitis in terra, ⁊ facientẽ arcturũ ⁊ orionẽ, ⁊ cõuerten
tẽ in mane tenebras, ⁊ diem nocte mutantẽ, qui vocat aquas maris, ⁊ effundit eas
ſuper faciẽ terrę, dñs nomẽ eſt eius. Qui ſubridet vaſtitatẽ ſuper robuſtũ, ⁊ vaſti
tatẽ ſuper potentẽ affert.⌋ Hic ſubaudiendum eſt, uobis dico loquor, qui conuertitis in
Peruertere iuditiũ grandis culpa eſt. abſinthiũ iuditiũ. Grãdis culpa, magna dãnationis cauſa, cõuertere dulcedinẽ iuditij in ab
ſinthiũ ſiue amaritudinẽ iniquitatis, et pulchritudinẽ ſiue ſuauitatẽ iuſtitiæ in horrorẽ cla
moris. Hoc ipſum apud Eſaiam uerbis alijs per figurã uineæ cõqueritur dicẽs. Et expecta
Eſai.5. ui ut faceret vuas, et fecit labruſcas, et exponẽs qd diceret, et expectaui (iquit)ut faceret iu
ditiũ et ecce iniquitas: et iuſtitiã, et ecce clamor. Vere infelices qui tã logum iniquitatis
clamoris traxerũt funiculũ, ut uſq; ad ipſum ꝑuenirẽt Chriſtũ, iniquo iuditio et clamore cõ
demnãdũ, clamãdo, reus eſt mortis, clamãdo crucifige crucifige, clamãdo, ſanguis eius ſu
Cur ꝓphetię ſunt obſcurę. per nos, et ſup filios noſtros. Debemus eñ ſic illa, quæ præſentia uel inſtantia tũc erãt tem
pora reſpicere, ut nõ dubitemus ſpiritũ ꝓpheticũ potius futurũ tẽpus ꝓſpexiſſe, quo fie
pessim

peſſimi occidẽdo Chriſtũ, impleturi erant menſurã patrũ ſuoꝝ. Nã & ſi illa potiſſima pro-
phetiæ pars in iſto & in cæteris prophetis & abſcondita ſiue aperta eſt: propterea nimirum
opta eſt qa crudeles atq; rebelles illi patres, nõ ſolũmodo prophetãtes aut ſcribẽtes occi-
derent, qd fecerũt: uerũ etiã ſcripturas incenderẽt & perderent, ſi tale ſacramẽtũ in obſcura
litera nõ fuiſſet abſconditũ. Proinde qđ ſequitur. Et facientẽ Arcturũ & Orionẽ, & cõuer
tentẽ in mane tenebras, & diem nocte mutantẽ, qui uocat aquas maris & effundit eas ſuper
faciẽ terræ, dñs eſt nomen eius. Opportunũ de eodẽ Chro teſtimoniũ eſſe nõ dubitemus,
qa uidelicet ꝑſona hæc magis q̃ ꝑſona patris, opus habebat propter nos defendi ſcripturaꝝ
teſtimonijs, ꝙ ſit factor ſyderũ, noctiſq; & diei, imò & oĩm q̃ facta ſunt, qa ſine ipſo factũ
eſt nihil. Quare aũt cũ omniũ factor ſit, ꝓſenti loco tantummodo dicitur factor Arcturi &
Orionis, diei & noctis, & pluuiæ ſup terrã effundẽdæ? uidelicet ut cũ potẽtia creatoris, gra-
tiã quoq; myſtice cõmẽdet eiuſdẽ ſaluatoris. Arcturus nãq; q in cœli axe cõſtitutus, ſeptẽ
ſtellarũ radijs fulget, ſemp uerſat, & nunq̃ mergitur, imò & dũ uerſat, erigitur. Orion aũt in — Arcturus & Orion.
ipſo pondere tẽporis hyemalis oritur: ſuoq; ortu tẽpeſtates excitat: & maria, terraſq; ꝑtur-
bat. Vnde apud beatũ Iob, ubi dicit, q facit Arcturũ & Oriona & Hyadas & interiora au-
ſtri: p Arcturũ, qui (ut iã dictũ eſt) ſemp uerſat, & nunq̃ mergitur (exponẽte beato Grego-
rio) ſanctã intelligimus eccleſiã, q̃ ſeptiformi ſpũ ſtabilita, perſecutiones iniquoꝝ ſine ceſſa
tione tolerat: ſed tamẽ uſq; ad mundi terminũ ſine defectu perdurat. Per Orionẽ uero ſan-
ctos martyres, qui pondus perſequẽtiũ moleſtiãq; paſſuri, ad cœli faciẽ quaſi in hyeme ue-
nerũt. ¶ At uero quoniã antiquã noui hominis Chri diuinitatem iſtis uel his ſimilibus teſti
monijs cõfirmare & cõfirmatã eſſe cupimus, dulcius & delectabilius eẽ arbitramur, ſi intra
uniuerſitatẽ eiuſdẽ ſanctæ eccleſiæ ꝑſonas illas q̃ſi digito demõſtremus, quarũ propter ſimi
litudinẽ cõpetẽter hic Arcturũ & Orionẽ feciſſe dicat, qui ꝑſonis illis poſterior eſt hõ na-
tus. Itaq; p Arcturũ, q (ut iã dictũ eſt) ſeptẽ ſtellis fulget, priſtinos intelligimus patres, ex q-
bus Chrũs ſecundũ carnẽ, ſcilicet Abrahã, Iſaac, & Iacob: eorũq; cõiuges Sarã & Rebec-
cã, Rachel & Liam. Iſtæ nãq; ſeptẽ ꝑſonæ, ueluti Arcturus ſeptẽ ſtellis fulgidus, ſemp uer
ſabãtur, & nunq̃ mergebãtur, id eſt, p omnẽ uitã ſuã, proter fidẽ dei peregrinãdo, de loco
ad locũ proficiſcebãtur, neq; diffidẽtes unq̃ in terram priſtinæ natiuitatis ſuæ reuertebãtur.
Nunq̃ Abrahã in Chaldæã reuerſus eſt, cũ tot in locis & interdũ fame urgẽte peregrinare-
tur: quin etiã ad ſeruũ ſuũ, caue (inquit) ne quãdo filiũ meũ reducas illuc, cũ de Meſopota — Gene. 24.
mia loqueret, ubi habitabat cognatio eius, ex quo tẽpore Thare pater eius de Chaldæa fu-
erat egreſſus. Quãto magis hæc uetuiſſet ne in Chaldæã filius ſuus reduceret? Igitur cũ di-
cit, facientẽ Arcturũ perpulchrũ eſt intelligi de deo & hoĩe Chriſto, ꝙ anteq̃ naſceret, &
in cœlo factor ſtellaꝝ, & in terra factor extitit patrũ & matrũ ſuarũ, uelut ſeptẽ ſtellaꝝ ful-
gentiũ Abraham & Saræ, Iſaac & Rebeccæ, Iacob & Rachelis atq; Liæ. ¶ Per Orionem — Moſes uelut
uero Moſen intelligimus, q nimirũ ſicut Orion in ortu ſuo (ut iã dictũ eſt) tẽpeſtates exci- — Orion.
tat, & maria, terraſq; ꝑturbat: ita ut in aduẽtu ſuo decẽ plagarũ tẽpeſtatibus Aegyptũ quaſ-
ſauit, maria diuiſit, & Pharaonẽ cũ curribus & equitibus eius ſubmerſit. Hoc uero multum
ad cõmendandã maieſtatẽ diuinitatis hominis Ieſu Chriſti, ꝙ talẽ Orionẽ fecerit, quẽ tan-
topere aduerſarij eius præferebãt ei, dicentes. Nos ſcimus quia Moſi locutus eſt deus, hũc — Iohan. 9
aũt neſcimus unde ſit. Hoc ipſum, ꝙ uidelicet illũ Orionẽ fecerit, pulchre & ſapienter ipſe
innuit, qñ illis dicẽtibus, in lege aũt Moſes mãdauit nobis huiuſmodi lapidare, inclinãs ſe de — Ibid. 8
orſum digito ſcribebat in terra, ſignificans ſeipſum eſſe, cuius digito ſcriptæ fuiſſent tabulæ
quas Moſes accepit, cuius ſibi inſidioſe obijciebatur authoritas. ¶ Poſt illũ Arcturũ & O-
rionẽ fecit & illud qđ mirabiliter ſignificat dicẽdo, & cõuertentẽ in mane tenebras, & diem
nocte mutantẽ. Etenĩ qñ fecit talẽ Arcturũ & talẽ Orionẽ, id eſt, qñ cõdidit patres ſupra-
dictos, & Moſi dedit legẽ, gentes tenebræ fuerũt, qa dei notitiã nõ habuerũt: ſed quãdo fa-
ctus eſt homo, tenebras illas in mane cõuertit, quia gentes euangelica ꝑdicatione illumina-
uit. Econtra, diẽ nocte mutauit, quia Iudæã in qua prius notus erat deus, cuius notitia deus
eſt, propter perfidiã in cæcitate reliquit. ¶ Poſt hæc etiã & illud mirabile fecit, ꝙ doctores — Doctores ex
ex gentilitate aſſumpſit, quorũ doctrina mũdũ omnẽ repleuit. Hoc ſignificat ſubiungẽdo, — gentibus, ue-
qui uocat aquas maris & effundit eas ſup faciẽ terrę. Secundũ literã iſtud fere quotidie eſt. — lut pluuia ex mari.

Aquas em̄ maris amariſſimas, æthereo colore ſuſpenſas excolat & eliquat in dulcem plu
uiarū ſaporē, inſtar medicinalis cucurbitæ, quæ calore ſuperioris gyri humorē & ſangui
nē ſurſum trahit. Ex quo diſcimus unde ſunt pluuiæ. Nimirū iuxta hāc ſimilitudinē q̄ mul
tos de profunditate ſeculi, de falſis & amaris gurgitibus gētilitati literalibus & philoſophi
cis redundantes ſtudijs, ſuperna gratia uocauit, eorumq; aquaticā ſcientiā in dulcedinē cœ
leſtis ſapientiæ cōuertit, eiſq; & ore loquētibus, & calamo ſcribentibus, faciē terræ, fidem
eccleſiæ, plurimis libris, tractatibus copioſis, quaſi cōpluendo ſufficienter inebriauit. Hinc
Pſalm. 64 Pſalmiſta dicit. Viſitaſti terrā & inebriaſti eā. Item pluuiā uoluntariā ſegregabis deus he
Pſalm. 67 reditati tuæ. Quod dicit uoluntariā, hoc eſt, uoluntarie, nulliſq; precedētibus meritis datā.
Dominus inquit nomen eſt eius. Conſtanter uere & fiducialiter confitendū eſt coram ho
minibus, coram regibus & corā ducibus ſiue iudicibus, corā cunctis gentibus, & cōtra Iu
dæos inimicos eius, quia talis & tātus talia & tāta faciēs dominus eſt, et hoc eſt nomē eius,
quāuis ad tempus fuerit deſpectus, quāuis ad horā fuerit crucifixus, et in ſepulchro iacue
rit mortuus. ¶ Sed pſeuerauerūt negare illū inimici eius, dicētes. Nolumus hūc dominum
Luce. 19 eſſe, nolumus hūc regnare ſup nos. Quid ergo ſequitur? Qui ſubridet uaſtitatē ſup robuſtū
Male robuſti & depopulationē ſuper potentē affert. Quis uaſtitatē & depopulationē non audiuit illius
Iudæi. populi robuſti & potentis? Robuſtus nāq; & potens pręſenti loco mirabiliter dicitur, uide
licet pro eo ꝙ cū robuſto ſupbia, cū potente audacia cōtra iſtum, cuius (ut iā dictū ē) nomē
eſt dn̄s, populus infœlix cōſurrexit, non ut uere fortis cōtra infirmū, ſed ut uere freneticus
contra medicū: et male robuſtus eiecit, male potens occidit, male robuſtus et male potens
poſt reſurrectionē eius Apoſtolos eius pſecutus ē, & eiecit atq; reppulit ipſum ꝙ uolebāt
illis loqui uerbū dei. Iccirco uaſtitatem ſup talem robuſtū, & depopulationē ſuper talē po
tentē attulit, in hoc ipſum ſeruientibus Romanis, multo plusq̄ fecerat famulātibus Aſſy
rijs obſequētibus iuditio eius Babylonis, ut et decē tribus in Aſſyrios irreuocabiliter, et Iu
da et Babyloniā tēpore ſtatuto reuocandus trāſmigraret. Hoc maxie, ꝙ quaſi p Romanos
paſſus ē, ille robuſtus et potēs fecit, hic dominus nō parcēdo aut cōpatiendo, ſed quaſi ſub
Iohan. 11. ridēdo, propter illud q̄d dixerant tanq̄ cauti & prouidi, ne forte ueniant Romani et tollant
Prouer. 1. noſtrū & locū & gentē, ſubridēdo inq̄ iuxta q̄d in pſona eius ſapientia dicit. Ego quoq; in
Subriſio. interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo cū uobis q̄d timebatis aduenerit. Propriæ ſubriſionē
poſſumus appellare, q̄n quis iraſcitur, & apertis paululū labijs ridere ſe ſimulat, ut iræ mag
nitudinē oſtendat. Talibus uerbis circa dn̄m, q nullos motus patitur, idcirco ſcriptura utē
ut ſatis quantū poteſt affirmet, ꝙ dominus, quāuis natura ſit clemens, nullatenus tamē ro
buſto et potenti, id eſt in peccato ſuperbienti, miſereatur, ſed ſicut item dicit ſcriptura, potē
tes potēter tormēta patientur, exiguo aūt cōcedetur miſericordia. Eū qui talis et tātus eſt,
Sapien. 9. qui talia et tāta poteſt, cōuertitis (ait) in abſinthiū, ut cū ſit natura dulciſſimus, cūcta ſuæ na
turæ cōtineat dulcedinē, et totius iræ q̄ſi ſubridēdo ſuper uos effundat amaritudinē. Nunc
quaſi q̄reret aliquis, quomodo uel q̄d agēdo tā dulcē in abſinthiū ſibi conuertere potuerint
cōuertitur ad interrogantē et dicit. [ Oderunt corripientē in porta, & loquentē perfe
cte abominati ſunt. ] Vigilāter hic animaduertēdū eſt, ut nō in incertū, uel per coniectu
rā diffiniamus robuſtū illū et potentē, cuius uaſtitatē ſiue depopulationem iuſte ſubridēs
dulcis dominus, cōuerſus in abſinthiū. Nō dicit peccauerūt, ſiue admiſerūt quippiā quod
in porta, id eſt in iuditijs, quæ in porta ciuitatis agi ſolebāt, eſſet corripiendum: neq; dixit im
perfectæ locuti ſunt, ſed corripientem (inquit) oderunt, loquentē pfectæ abominati ſunt.
Peccatū irre- Hoc eſt inremiſſibile peccatum: hæc robuſtiorum eſt atq; potentū, nō p ignorantiā ſiue p
miſſibile. infirmitatē peccare, ſed peccatū ſupbe defendēdo, corde inpœnitēti corripiētē q̄q; odiſſe,
et abominari illū, q audeat loq pfecte. i. nō ſibi placētia ſed malis actib⁹ repugnātia. Quis
aūt i porta corripuit, ul' qs pfectæ locutus ē. Corripuit q̄dē eos Dauid, et pleraq; pfecte lo
3. Reg. 12. cutus ē, atq; idcirco oderūt illū et abominati ſunt, dicentes, q̄ nobis pars in Dauid, uel quæ
Chriſtum prę hereditas in filio Iſai: et iſtū q̄q;, q hæc ipſa loquiē, et ceteros pphetas oderūt et abomi
om̄ibus ode- ſunt. Veruntamen ſicut cętera, ita et iſtud in uno Chriſto iuſte corripiēte, et pfecte loquē
runt gratis ueraciter et indubitāter ē adimpletū. Ipſe em̄ loquiē in Pſalmo. Aduerſū me loquebāt q ſe
Pſalm. 68 debāt in porta. Itē. Cū his q oderūt pacē, erā pacific⁹, cū loq̄bar illis impugnabāt me gratis.
Pſalm. 119

Vnde